APRIL, 1833.

WORKS

IN THE COURSE OF PUBLICATION

BY

J. G. & F. RIVINGTON,

ST. PAUL'S CHURCH YARD, AND WATERLOO PLACE, PALL MALL.

I.

THEOLOGICAL LIBRARY, VOL. IV.

The LIFE of ARCHBISHOP CRANMER.

By CHARLES WEBB LE BAS, M.A.
Professor in the East India College, Herts, and late Fellow of Trinity College, Cambridge.

Vol. I. *Portrait*, 6s.

The object of the following attempt has been to collect into a compendious narrative, the substance of more voluminous compilations; and to present it to the British public, in a manner which may enable them duly to estimate their obligations to the great Master Builder of the Protestant Church of England.—*Preface.*

*** *The Concluding Volume will shortly appear.*

II.

RECAPITULATED APOSTACY the true Rationale of the CONCEALED APOCALYPTIC NAME of the ROMAN EMPIRE.

By GEORGE STANLEY FABER, B.D.
Master of Sherburn Hospital, and Prebendary of Salisbury.

In one Volume, 12mo. *(Nearly ready.)*

III.

The LIFE of RICHARD BENTLEY, D.D.

Master of Trinity College, and Regius Professor of Divinity in the University of Cambridge. With an Account of his Writings, and Anecdotes of many distinguished Characters during the Period in which he flourished.

By the Right Rev. JAMES HENRY MONK, D.D.
Lord Bishop of Gloucester.

SECOND EDITION, 2 Vols. 8vo. *Portrait.* £1. 4s.

IV.

SEVEN SERMONS on the SACRAMENT of the LORD'S SUPPER. With appropriate Devotions for Private or Family Use.

By the Rev. CHARLES GIRDLESTONE, M.A.
Vicar of Sedgley, Staffordshire.

12*mo.* 2*s.* 6*d.*, *or in Cloth and lettered*, 3*s.*

V.

A MEMOIR of FELIX NEFF, PASTOR of the HIGH ALPS; and of his Labours among the French Protestants of Dauphiné, a Remnant of the Primitive Christians of Gaul.

By W. S. GILLY, M.A.
Prebendary of Durham, and Vicar of Norham.

"That they were not exterminated is owing, under Divine Providence, to the almost inaccessible nature of the country. Dormilleuse, and most of the villages of Val Frossiniere, are exposed to frequent avalanches: but to these, in part, may be ascribed their religious existence."—*Journal of Neff.*

SECOND EDITION, Small 8vo. 6*s.*

VI.

The HOLY BIBLE,
Arranged in HISTORICAL and CHRONOLOGICAL ORDER,
In such manner that the whole may be read AS ONE CONNECTED HISTORY, in the Words of the Authorized Translation. With short Notes; and a Table, dividing the Sacred Volume into 365 Portions, for daily reading throughout the Year.

By the Rev. GEORGE TOWNSEND, M.A.
Prebendary of Durham, and Vicar of Northallerton.

NEW EDITION, *now publishing in Twelve Monthly Parts, price 2s. each, to form* ONE LARGE VOLUME.

PARTS I., II., III., IV. are now published.

The larger Edition of the ARRANGEMENT, *containing a copious Body of Annotations, may be had in four volumes, price £4 in boards, or the* OLD *and* NEW TESTAMENT *separately, price £2 each.*

VII.

EIGHT SERMONS
Preached before the University of Cambridge at Great St. Mary's in 1830 and 1831. To which is added a Reprint of a Sermon preached before the University on Commencement Sunday, 1826.

By HUGH JAMES ROSE, B.D.
Dean of Bocking.

NEW EDITION. *(In the Press.)*

VIII.

ELSLEY'S ANNOTATIONS.—NEW EDITION.

ANNOTATIONS on the FOUR GOSPELS and the ACTS of the APOSTLES. Compiled and abridged for the Use of Students.

SEVENTH EDITION. In 2 vols. 8vo. £1. 1*s.*

Just published.

IX.

The SECOND PART of the Rev. C. GIRDLESTONE'S COMMENTARY on the NEW TESTAMENT, containing the GOSPELS of ST. LUKE and ST. JOHN.

8vo. 9*s.*

Lately published, the SECOND EDITION *of the* FIRST PART, *containing* ST. MATTHEW *and* ST. MARK, *price* 9*s.*

The FIRST VOLUME may now be had complete, price 18*s.* in Cloth and lettered.

X.

DISSERTATIONS vindicating the CHURCH of ENGLAND with regard to some essential Points of POLITY and DOCTRINE.

By JOHN SINCLAIR, M.A. F.R.S.E.
Of Pembroke College, Oxford; and Minister of St. Paul's Chapel, Edinburgh.

8vo. 10*s.* 6*d.*

XI.

TRANSLATION OF MEDE'S CLAVIS APOCALYPTICA.

A KEY to the APOCALYPSE, discovered and demonstrated from the Internal and Inserted Characters of the Visions. Translated from the Latin of the latest Edition of the Rev. JOSEPH MEDE, B.D.

By R. BRANSBY COOPER, Esq.

8vo. 10*s.* 6*d.*

Also, just published, by the TRANSLATOR *of the above Work,*
A COMMENTARY on the REVELATION of ST. JOHN, or the Apocalypse.
In 8vo. price 6*s.* 6*d.*

XII.

THE SECOND EDITION OF

The HAPPINESS of the BLESSED,

Considered as to the Particulars of their State; their Recognition of each other in that State; and its Difference of Degrees. To which are added, Musings on the Church and her Services.

By RICHARD MANT, D.D.
Lord Bishop of Down and Connor.

12mo. 4*s.* 6*d.*

Lately published by the SAME AUTHOR,
The GOSPEL MIRACLES, in Poetical Sketches, with Illustrative Conversations.
12mo. 5*s.* 6*d.*

XIII.

A SECOND VOLUME OF

PLAIN DISCOURSES, Doctrinal and Practical, adapted to a Country Congregation.

By the Rev. Sir CHARLES HARDINGE, Bart. M.A.
Vicar of Tunbridge, Kent.

12mo. *(In the Press.)*

XIV.

The DOCTRINE OF THE GREEK ARTICLE applied to the CRITICISM and ILLUSTRATION of the NEW TESTAMENT.

By the late Right Rev. T. FANSHAW MIDDLETON, D.D.
Lord Bishop of Calcutta.

New Edition with Notes, by HUGH JAMES ROSE, B.D.
Dean of Bocking.

8vo. 14*s*.

XV.

DISCOURSES delivered in the Parish Church of All Saints, Poplar.

By SAMUEL HOOLE, A.M.
Rector.

8vo. 8*s*. 6*d*.

XVI.

SEVEN LETTERS on NATIONAL RELIGION.

Addressed to the Rev. Henry Melvill, A.M., late Fellow and Tutor of St. Peter's College, Cambridge.

Contents: I. On the Principle of National Religion.—II. Exemplified in the Gentile State of Britain.—III. The Effect of the Apostolical Accession of the Church of Christ.—IV. The Operation of the Papacy.—V. The Principle of Protestantism with respect to the Papacy.—VI. The Principle of Protestantism with respect to Dissent.—VII. These Subjects in connection with the present Crisis.

By CHARLES SMITH, B.D.
Fellow and Tutor of St. Peter's College, Cambridge.

8vo. 7*s*. 6*d*.

XVII.

The BOOK of the PSALMS of DAVID in ENGLISH BLANK VERSE; being a new Poetical Arrangement of the Sweet Songs of Israel: adapted to the use of general Readers.

By the Reverend GEORGE MUSGRAVE, A.M.
Of Brasennose College, Oxford.

8vo. 12*s*.

XVIII.

ADVICE to a YOUNG MAN on his first going to OXFORD.

In Ten Letters, from an Uncle to his Nephew. 12mo. 3*s*.

By the Rev. EDWARD BERENS, M.A.
Archdeacon of Berks; and late Fellow of Oriel College.

XIX.

THE SECOND EDITION OF

TWENTY PAROCHIAL SERMONS.

With an Appendix, containing Parochial Papers.

By the Rev. CHARLES GIRDLESTONE, M.A.
Vicar of Sedgley, Staffordshire.

12mo. 5s.

Also, lately published, by the same Author,

1. TWENTY PAROCHIAL SERMONS.—*SECOND SERIES.*
Adapted to the use of FAMILIES. With an Appendix, containing Family Prayers.

The Family Prayers are sold separately, price 4d.

2. SEVEN SERMONS on the COURSE of CHRISTIAN LIFE.
12mo. *Third Edition* 2s. 6d.

3. SEVEN SERMONS on the SOCIAL CONDUCT of a CHRISTIAN.
12mo. *Second Edition.* 2s. 6d.

4. SEVEN SERMONS preached during the Prevalence of CHOLERA in the Parish of SEDGLEY: together with a Narrative of this awful Visitation, and of the Religious Impression produced in the South of Stafford Mining District.
12mo. 2s. 6d.

The Narrative is sold separately, price 6d.

XX.

BAMPTON LECTURE for 1832.

The SCHOLASTIC PHILOSOPHY considered in its relation to CHRISTIAN THEOLOGY.

By RENN DICKSON HAMPDEN, M.A.
Late Fellow of Oriel College, Oxford.

8vo. 13s.

XXI.

THE SECOND VOLUME OF

PLAIN PAROCHIAL SERMONS, preached in the Parish Church of Bolton-le-Moors.

By the Rev. JAMES SLADE, M.A.
Vicar of Bolton, and Prebendary of Chester.
12mo. 6s.

Also lately published, the Second Edition *of the* First Volume. 6s.

XXII.

THE SECOND VOLUME OF

NEANDER'S HISTORY of the CHRISTIAN RELIGION and CHURCH during the FIRST THREE CENTURIES.

Translated from the German by the Rev. HENRY JOHN ROSE, B.D.
Fellow of St. John's College, Cambridge.

(Preparing for publication.)

XXIII.

LECTURES upon the ECCLESIASTICAL HISTORY of the SECOND and THIRD CENTURIES.

By the Rev. EDWARD BURTON, D.D.
Regius Professor of Divinity, and Canon of Christ Church, Oxford.

8vo. 12*s*.

XXIV.

PLAIN and POPULAR SUBJECTS of RELIGION and MORALITY, treated in a plain and popular Manner, In Twenty Discourses.

By the Rev. ANDREW HUDLESTON, D.D.
Incumbent Curate of St. Nicholas, Whitehaven; and Rector of Bowness, in Cumberland.

8vo. 10*s*. 6*d*.

XXV.

The GOSPEL, an ABIDING SYSTEM.

With some Remarks on the "New Christianity" of the St. Simonians. Being the Christian Advocate's Publication for the Year 1832.

By HUGH JAMES ROSE, B.D.
Dean of Bocking.

8vo. 4*s*. 6*d*.

XXVI.

MESSIAH'S KINGDOM. A Poem. In Twelve Books.

By AGNES BULMER.

Small 8vo. 7*s*. 6*d*.

XXVII.

The INVALID'S HELP to PRAYER and MEDITATION;

Containing Prayers adapted to all Conditions of Men;
With Directions for Reading, and Helps to Devotion; forming a complete Manual for a Sick Room.
Also, Prayers in behalf, and on the Loss of Friends.

By the Rev. E. P. HANNAM, M.A.
Author of "The Hospital Manual," and Curate of St. Pancras.

12mo. 2*s*.

XXVIII.

A MANUAL for the PARISH PRIEST;

Being a few Hints on the Pastoral Care to the Younger Clergy of the Church of England: from an Elder Brother. Fourth Edition.

12mo. 3*s*.

XXIX.

EXTRACTS from YOUNG's NIGHT THOUGHTS:

With Observations upon them. Also, Extracts from, and Observations on CICERO'S DIALOGUES, De Senectute and De Amicitia; and a Translation of his Somnium Scipionis. With Notes.

By WILLIAM DANBY, Esq.
Of Swinton Park, Yorkshire.

Small 8vo. 8*s*. 6*d*.

XXX.

DEVOTIONAL EXTRACTS,

For every Day in the Year. Compiled from various Authors.

In 2 Vols. 12mo. 12*s*.

XXXI.

EXPLANATORY LECTURES on the Gospel of ST. MATTHEW.

By the Rev. JOHN PENROSE, M.A.
Of Corpus Christi College, Oxford.

12mo. 6*s*. 6*d*.

XXXII.

The PHILOLOGICAL MUSEUM.—No. V.

Contents:—On the Use of Definitions—On the Attic Dionysia—On the Painting of an ancient Vase—On certain affirmative and negative Particles of the English Language—On *Oc* and *Oyl*, particularly with reference to what Dante says on the Subject—On the Kings of Attica before Theseus—On English Preterites—On the Birth-year of Demosthenes—Anecdota Barocciana—On ancient Greek Music—De Sacerdotiis Græcorum Augusti Boeckii Prolusio Academica.—*Miscellaneous Observations.* 1. On a Passage of the Philoctetes of Sophocles, from the German of Welcker. 2. On the Months of the Roman Lunar Year. 3. Notice of the third Volume of Niebuhr's Roman History. 5*s*.

*** *Any of the preceding Numbers may be had, price 5s. each.*

XXXIII.

SERMONS.

By THOMAS ARNOLD, D.D.
Head Master of Rugby School, and late Fellow of Oriel College, Oxford.

Third Edition. 8vo. 10*s*. 6*d*.

XXXIV.

A NEW CATALOGUE of MODERN BOOKS in THEOLOGY and GENERAL LITERATURE.

(Nearly ready.)

ELMSLEIANA CRITICA.

Euripides

ELMSLEIANA CRITICA;

SIVE,

ANNOTATIONES,

AD

SCENICORUM LINGUAM USUSQUE QUANTUM ATTINET,

IN FABULIS GRÆCIS

A

(Peter Elmsley)

P. ELMSLEIO OLIM EDITIS OBVIÆ;

SELEGIT, SUISQUE ET ALIORUM NOTIS ILLUSTRAVIT

F. E. GRETTON, A.M.

COLL. DIV. JOH. SOCIUS, ET IN LUDO OAKHAMIENSI
ALTER E PRÆCEPTORIBUS.

PARS PRIOR,

NOTAS IN EURIPIDIS

HERACLEIDAS, MEDEAM, ET BACCHAS

CONTINENS.

CANTABRIGIÆ:

TYPIS ACADEMICIS EXCUDIT JOANNES SMITH.

VENEUNT APUD J. ET J. J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ;
J. G. ET F. RIVINGTON, LONDINI.

M. DCCC. XXXIII.

VIRO OPTIMO

S. BUTLER, S.T.P.

DEBEAT QUANTUM,

DEBITI QUAM SIT MEMOR,

TESTEM ESSE HUNC LIBRUM

VOLUIT

ALUMNUS OLIM,

NUNQUAM NON OBSERVANTISSIMUS,

FRED. E. GRETTON.

L. S.

Elmsleianum opus, laborem habes meum; habeas, velim, hunc ab illo commendatum, adeo ut Auctoris merita compensent Editoris peccata. Quid hocce in libello perfecerim tuum est judicare, quid perfecisse voluerim breviter exponam.

Diu equidem miratus sum vix eâ, quâ par erat, observantiâ Elmsleium coli, neque fructus critici ejus acuminis tantos percipi, quanti essent percipiendi. Sint licet hæc sæcula doctrinæ fæcunda, exstent licet in omni mentis curriculo, ut qui maxime, instructi, horum tamen nemini secundas Elmsleius ferat; dignus est potius, si quis alius, qui duobus illis in orbe litterarum Principibus, Porsono nimirum et Dobræo τοῖς μακαρίταις, tertius adjungatur Triumvir. Erat profecto ad unguem litteratus, et in omni scientiæ cursu satis exercitatus; Scenicorum vero, quos unice amavit, veneres et virtutes non labris modo primoribus gustaverat, sed intimo in corde hauserat; non summis, quod aiunt, digitis tetigerat, imis sed in sensibus avidè arripuerat. Inerant quinetiam, si rite æstimes, eximiæ animi facultates indefessâ provectæ diligentiâ, egregiæ ingenii dotes omni disciplinæ instrumento auctæ, summa denique eruditio singulari ornata modestiâ. Quod ad Editoris munus propius attinet, præ aliis eminebat Vir egregius

eo quod in illustrando perspicax fuit, in emendando tantum non semper cautus; judicium ita subtile præ se tulit, eam quoque peritiam, quæ veram inter falsas lectiones facile eliceret, correctoris manum inter librariorum corruptelas dignosceret. In alios Censor semper candidus, in se tantum iniquus judex, alienâ de laude ne minimum fraudans, de suâ sibi nihil omnino arrogavit. Qualis cum fuerit, ut reverâ fuit, miraberis credo, doleas velim, quod nihilo minus laudis suæ justâ plus parte destitutus sit. Legitur fortasse et legentibus laudatur, non autem, ut litterarum amantes velint, ut ipsæ litteræ postulent, nocturnâ et diurnâ manu à junioribus versatur. Nec tamen altius hujus injuriæ repetenda est caussa; inest, ni fallor, in ipsâ ratione operum quibus inserviebat. Quæ enim in Poetas Atticæ scenæ dictata, vel quos, si mavis, Canonas protulerit Elmsleius, hæc ferè inter aliena quæque, locorum scilicet interpretationes, variatas scripturas, Editorum commentata, et id genus farraginem latent et obruuntur. Quicquid meræ sit critices studiosis inde inde extricandum est, et è multiplici annotationum congerie eruendum. Quum vero hoc majoris diligentiæ est opus quam quod adolescentes impertire velint, neminem mihi vitio versurum putavi si aurum adhuc pœne irrepertum in Tironum usus coegissem, et has tantas effodissem opes, scientiæ, sic spero, irritamenta.

Quos intra fines me exercuerim scire debes; si igitur in aliqua ab Elmsleio annotata incidi quæ Atticorum sermonem, idiomata, elegantias illustrarent, ad

libitum deprompsi; nec tamen ita ut integras ubique notas transferrem, sed nucleum potius è nuce, si ita dicam, execarem. Est etiam ubi non de verbo Elmsleium reddidi, satius esse ratus si sensum verborum fideliter retinerem, chartæ simul meæ et Lectoris commodi ratione habitâ. Cujusque paginæ ad calcem subjecta sunt, quæ vel aliunde è [redacted] Doctorum commentariis conquisivi, vel ipse mihi inter legendum paravi. Quotquot in Medeam annotata, (plura mecum, Lector, desiderabis), litterulas B. K. affixas habent, ea viro amicissimo, eidemque in hac parte peritissimo B. Kennedy debemus.

Sint fortasse quibus videar aliena nimis, parum de meo attulisse; meminerint ii velim hoc unum mihi esse propositum, ut, quantum per me fiat, notus magis, id est, majori laude floreat Elmsleius: Verebar tamen ne cum Illius famam pro meritis augere velim, meâ ipsius culpâ ingenii deteram. Ideo proferenda mihi videbantur aliorum, qui in rebus criticis versantur et innotuerunt, sententiæ, non quod ipse in hac regione tantum novitius sentiam. Hâc saltem ratione firmatus erit Elmsleius, quando confirmatione opus sit, et refutabitur, sicubi refutandus erit, haud dubiæ fidei auctoribus. Te tandem, Lector, libello committo, et eum Tibi; satis equidem, imo plusquam satis mihi fecero, si laboribus exactis sperare liceat eruditis non ingratos, erudiendis non inutiles fore.

Paucos intra menses prodibit, ni prohibeas, Pars altera Notas complectens in Sophoclis Œdipum utrumque et in Aristophanis Acharnenses.

IN

HERACLEIDAS.

ANNOTATIONES ELMSLEII

IN

HERACLEIDAS.

---

3. εἰς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον: Contulit Noster Herodot. II. 165. 167. 173. VII. 103. Quæ loca affero propter præpositionem εἰς verbo ἀνιέναι subjectam. Cujus constructionis alterum exemplum apud Atticos poetas haud reperi[1].

7. ἐξὸν κατ' Ἄργος ἥσυχον ναίειν. Collatis. ἥσυχον μένειν infra v. 478. ἥσυχοι θάσσουσι Hec. 35. ibid. 901. Iph. T. 1434. Tro. 985. Bacch. 622. Hel. 1090. Incert. Rhes. 123. Soph. Aj. 325. Hinc nostro loco ἥσυχον pro ἡσύχως reposui. Adverbia et adjectiva sæpe commutari monuit Pors. ad Hec. 979. ubi κρύφιος pro κρυφίως edidit. Vide etiam nostræ fabulæ vv. 181. 544. 551. 925. ἡσύχως pro ἥσυχος in Med. 550. habent membranæ Parisienses, in Suppl. 305. edd. omnes. Sed erit fortasse qui nostro loco ἡσύχῳ ναίειν malit, utpote scripturam vulgatæ propiorem. Nec male, modo recte se habeat dativus in Alc. 890.

ἐξὸν ἀτέκνοις Ἀγάμοις τ' εἶναι διὰ παντός. Sed apud

---

[1] Comparat Pflugk. Plutarch. Vit. Num. c. 16. τὸ δὲ εἰς ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἀνειμένον ἐκκέκοπται.

Atticos longe usitatior est accusativus, quem in Alcestide agnoscit Græcus Interpres[1].

7. Ex addendis—Noster Hec. 901. μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας ἥσυχον. *Manere necesse est, navigationem exspectantes tranquillam.* Vereor ut πλοῦν ἥσυχον quisquam unquam dixerit. Distingue, μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας, ἥσυχον. μένειν ἥσυχον Noster Iph. T. 1434. Tro. 985. Heracl. 478. Præcedit στρατῷ, ad quod refertur utrumque ὁρῶντας et ἥσυχον. Vide omnino ad v. 801[2].

11. σώζω τάδ', αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας. Ridet hæc Aristoph. Eccles. 412.

ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας
τετραστατήρου καὐτόν. ἀλλ' ὅμως ἐρῶ,
ὡς τὴν πόλιν καὶ τοὺς πολίτας σώσετε.

Idem Eq. 214. τάραττε, καὶ χόρδευ' ὁμοῦ τὰ πράγματα. Schol. παρῳδίας τρόπον. παρῴδησε γὰρ τὸν ἰαμβὸν ἐξ Ἡρακλειδῶν Εὐριπίδου. Nihil in nostrâ fabulâ reperio, quod in comici senario παρῳδημένον videatur. Nescio cujus Pamphili Heraclidas memorat Aristophanes Plut. 385. Picturane an tragœdia fuerint Pamphili Heraclidæ incertum est[3].

---

[1] Dativum recepit ad Alcest. l. (=908) Monkius, et Horatianum contulit "*Atqui licet esse beatis.*" Cf. omnino Dobræum hanc rem, ut solet, feliciter illustrantem ad Plut. v. 286. Adversar. Vol. II. p. 137.

[2] Vide Herm. ad Hec. l. (=881). Cui, sicut et Matth. confusi displicent numeri—idem et locutionem πλοῦς ἥσυχος satis defendendam censet, dedit tamen ob alias causas πλοῦν ὁρῶντά μ' ἥσυχον.

[3] In Prooemio hujus fabulæ Pflugk. (Muellero in Proleggom. Mythol. p. 400. doctus) de Pamphilo Amphipolitâ, Apellis discipulo, intelligit, unde ad Equit. l. interpretem aut errasse omnino, aut pro alio Tragico Euripidem nominasse credit.

14. ἐξέδραμεν: Tria sunt verba ἀποδιδράσκω, διαδιδράσκω, ἐκδιδράσκω, quorum futura sunt ἀποδράσομαι, διαδράσομαι, ἐκδράσομαι, aoristi ἀπέδραν, διέδραν, ἐξέδραν. Præter nostrum locum, et Soph. Aj. 167. ubi legitur ἀπέδραν pro ἀπέδρασαν, nusquam, quod sciam, hæc verba apud Tragicos occurrunt. ἐξεδίδρασκε *effugiebat, effugere conabatur,* habet Aristoph. Vesp. 126. ἐκδιδράσκουσιν Thucyd. I. 126. (VI. 7. ex addendis). ἐκδιδρήσκει Ionice Herodot. VI. 24. 90. IX. 88. ἐκδρᾶσα Aristoph. Eccl. 55. ἐκδράντες. Herodot. IV. 148[4].

19. ὅποι γῆς: πῇ γῆς et ὅπῃ γῆς ex Atticorum scriptis prorsus ejicienda esse censeo. Ap. Æsch. Prom. 566. ubi vulgo legitur ὅπη γῆς, ὅποι γῆς præbet Cod. Mediceus. Nostro loco ὅποι accipiendum quasi esset ἐκεῖσε ὅπου, ut verbis utar Pors. ad Hec. 1062. qui exempla allegat Iph. T. 113. 119. et Soph. Phil. 482. ubi repone εἰς πρύμνην[5].

---

[4] Tantum in his compositis exstare verbum διδράσκω monet Matth. Gr. Gr. § 229. Contulit Pflugk. in l. Buttm. Gram. uber. Vol. II. p. 110. Consulendus quoque Lobeck. Phryn. p. 737. Apud Herodot. plura supplet exempla Schweigh. Lex. octies scil. ἀποδιδρ= sexies διαδιδρ= ter denique ἐκδιδρ= ibi notatur. Apud Thucydidem etiam quater certe occurrit ἀποδιδρ= semel quoque διαδιδρ= (VII. 85). Tantum, ni falsi sunt Schæferi indices, ἀποδιδρ= a Demosth. usurpatum est; quod de Homero quoque verum est, apud quem ἀποδρὰς bis in Odyss. π. 65—ρ. 516. Pindaro voces prorsus ignotæ sunt, ut et Æschylo. Recte monet Stallb. ad Plat. Crit. p. 129 ἀποδιδρ= ferè de servis fugitivis dictum esse. Quid inter voces ἀποδιδρ= et ἀποφεύγω intersit, docebunt duo e Xenoph. Anab. loca, (L. 1. § 8. 11. § 13) idem scilicet, quod inter Latinorum "*aufugere*," et "*effugere*."

[5] Pflugk. in l. ὅπη γῆς "exquisito genere loquendi" a poeta dictum voluit, vereor ut poeta ipse. Ad. Prom. l. ὅπη Scholef. et Well. advocat hic Reisigium ap. Œd. Col. p. 176. Videndus

33. καθεζόμεσθα: "*Sedemus*" omnes interpretes. Rectius *consedimus*, ἑζόμην enim apud Atticos aoristus est[1].

44. παρθένους αἰδούμεθα. αἰδεῖσθαι et αἰσχύνεσθαι nullo sensu sæpius usurpantur, quam de feminis virorum oculos fugientibus, ut nostro loco[2].

45. γόνος apud Tragicos semper *prolem* significat[3].

---

et Hermann. ad Herc. Fur. 1236. Edidit Stallb. ad Plat. Phædon. p. 196. ὅπῃ ἂν τύχωσι τῆς γῆς quem locum iterum respexit ad Sympos. p. 20. Denique Wunderus ad Philoctet. l=477—πρύμνην rectè, ὅπου autem, pro ὅποι, sine idoneâ causâ ab Elmsl. restitutum censet. Vetus forma est πρύμνη, ut λίμνη, recentior πρύμνα, ut μέριμνα, inquit Noster ad Iph. T. 118. Mus. Crit. II. 278.

In priore versu Philoctetis ὅπῃ—in sequente vero ὅποι edidit Buttmannus, quam rationem secutus, ipse in notis explicat. πρύμνην etiam inter ionismos esse censet quas Atthis antiqua servarat.

"πρύμνην Elmsl. Heracl. 19. et M. C. VI. p. 278. ubi fere præfert ὅπου," Dobr. Advers. Vol. II. p. 46. ὅποι i. e. ἐκεῖσε ὅπου restituit Dobr. ad v. 528 et ποῖ "forsan" ad v. 625.

[1] "In καθεζόμην, καθήμην, καθεῦδον, augmentum non præponunt Tragici, Comici pro arbitrio vel præponunt, vel adjiciunt." Pors. Suppl. Præf. ad Hec. p. XVI.

[2] Cf. Herod. I. 10. De Candaulis uxore—μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, οὔτε ἔδοξε μαθέειν.

Similiter ap. Æsch. Agam. 829. Clytemnestra loquitur.

ἄνδρες πολῖται, πρέσβος Ἀργείων τόδε,
οὐκ αἰσχυνοῦμαι τοὺς φιλάνορας τρόπους
λέξαι πρὸς ὑμᾶς· ἐν χρόνῳ δ' ἀποφθίνει
τὸ τάρβος ἀνθρώποισιν.

De voce αἰσχύνη vide Dobr. Advers. Vol. I. p. 46.

[3] Duo vide exempla, alterum insigne ap. Soph. Philoct. vv. 411—420. Aliter tamen, de "*procreatione*," accipiendum est ap. Æsch. Suppl. 162. τὸν τᾶς βοὸς παῖδ' ἀτιμάσας, τὸν αὐτὸς ποτ' ἔκτισεν γόνῳ. Apud Epicos quoque ferè,

non

46. *ζητοῦσ' ὅποι γῆς πύργον οἰκιούμεθα*: *ὅπη γῆς* tacite Barnes. *ὅπου γῆς* e. G. recepit Musgravius. Mihi vero magis placuit *ὅποι γῆς*, subaudito scilicet *ἐλθόντες*. Ita noster Hec. 419. *οἴμοι, τί δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον; οἴμοι, τί δράσω; ποῖ φύγω μητρὸς χέρας;* Med. 1271. *ποῖ δεῖ χορεύειν; ποῖ καθιστάναι πόδα;* Bacch. 184. *ὦ μῆτερ, αὐδᾷ, ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς;* Herc. 74. Cum nostro loco conferendus omnino Aristophan. Av. 44. *πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα, Ὅποι καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν.* Ubi contra omnes fere libros *ὅπου* edidit Brunck. Idem ap. Soph. Œd. C. 23. *ὅπου καθέσταμεν* exhibet in textu, sed vulgatam scripturam *ὅποι* defendit in annotationibus, ubi allegare poterat ejusdem fabulæ v. 1734[4].

76. *χύμενον*. Participium veteris aoristi, qui aliquoties ap. Homerum legitur. Male *ἐχύμην, ἐλύμην, ἐβλήμην, ἐλέγμην*, et similia, ex præterito plusquam perfecto per *ἀφαίρεσιν* nata esse statuunt grammatici. Tantum inter *χύμενος* et *κεχυμένος* interest, quantum inter *θέμενος* et *τιθειμένος*. Usurpat hoc participium

---

non semper, "*prolem*" significat; vide Odyss. *α*. 216. *οὔπω γάρ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω*; ubi rectè Dammius. "h. l. *γόνος* abstractum, loco concreti *πατήρ*."

Nec ad Oratores referenda est nostri lex recte enim in Demosth. notavit Dobr. Advers. Vol. I. p. 533—"*γόνῳ = φύσει,*)(*ποιητὸς*, Isæus Menecl. 22. Vide 44." quod idem fere dixit Schæf. ap. Indic. s. v. allato Epitaph. Orat. p. 390. *τούτους δὲ γνησίους γόνῳ τῆς πατρίδος πολίτας εἶναι*, quibus præcedunt verba contraria, *τοῖς εἰσποιητοῖς τῶν παίδων*.

[4] De hac re plura noster ad Iph. T. vv. 110—118. Mus. Crit. II. 277—278. ibi Av. l. c. cautius tractat, verba sunt, "hic non male legitur *ὅποι. καθιδρυθέντε* enim idem fere valet ac *ἐλθόντε*." Hinc Dindorfius *ὅπου*, "e mutatâ Elmsleii sententiâ," edidit. Cf. etiam Dobr. Advers. Vol. II. p. 60.

etiam Æsch. Choeph. 399. Eum. 263. et fortasse noster Herc. 1052. ubi vulgo κεχυμένος[1].

77. πίτνεις:—πιτνῶ verbum circumflexum esse statuerunt grammatici, cujus aoristus esset ἔπιτνον. Hinc passim ap. Euripidem reperias πιτνῶ, πιτνεῖς, πιτνεῖ, πιτνοῦσι, πιτνεῖν, πιτνῶν, πιτνὼν, πιτνοῦσα, πιτνοῦντες, πιτνόντες, et similia; nunquam πίτνω, πίτνεις, πίτνει, πίτνουσι, πίτνειν, πίτνων, πίτνουσα, πίτνοντες. Diversæ sunt ejusdem verbi formæ πίπτω et πίτνω, ut μένω et μίμνω[2].

84. κατέσχετ᾽. Metro convenientius esset κατέχετ᾽, quod reponit Herm. de metris p. 245. Sed vereor ut quisquam κατέχετε in hac significatione unquam dixerit. κατίσχετε tragicum dicturum fuisse arbitror, si verbum præsentis temporis postulasset sententia. νῆα κατισχέμεναι Hom. Odyss. λ. 455. κατίσχει τὰς νῆας Herodot. VIII. 40. κατίσχουσιν Thucyd. VII. 33. κατασχήσουσιν IV. 42. Futurum, ni fallor, fuit κατασχήσω non καθέξω[3].

---

[1] Ad. Eumen. l. vulgo κεχυμένον legebatur, χυμένον ob metrum Herm. quem Well. et Scholef. secuti sunt. Ad. Herc. F. l. his nostri citatis Bothius addit "Versus fert χύμενος, expetit κεχυμένος."

[2] Cf. Nostr. Med. 53—Œd. Col. 1732; Scholef. Hec. 23. Monk. Alcest. 103. ex adversâ parte disputat Herm. in Censurâ nostri Fabulæ. (Class. Journ. XXXVIII. p. 284) et ad Herc. Fur. 1371. Hermanno suffragatur omnino Wellauer. ad Æsch. S. c. Theb. 741. Choeph. 36. Pers. 453.

[3] De re navali nusquam ap. Æschylum adhibetur vox, bis tantum ap. Soph. et in eâdem fabulâ, Philoct. v. 220. ναυτίλῳ πλάτῃ κατέσχετ᾽, quod satis cum nostri ἁλίῳ πλάτᾳ κατέσχετ᾽ congruit; alter locus est v. 270. κάτεσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ. In Herodoto, præter quod noster allegavit, exempla occurrunt κατέσχον VIII. 41. κατέσχε VII. 188. κατασχόντες VII. 59. VI. 101. De aliâ et rariori notione τοῦ κατίσχειν vide Gaisford. ad III. 28. Notandum quoque

simplex

84. Εὐβῷδ' pro Εὐβοΐδ' scripsi. Εὐβωΐς per (ω) dixisse veteres Atticos plus uno argumento demonstrari potest. Primum, feminina in (ισ) desinentia, nunquam brevem vocalem ante terminationem adsciscunt. Verbi caussa, non Νηρεῒς, sed Νηρηῒς dicimus. Deinde Εὐβωΐς aliquoties metro necessarium est. Soph. Trach. 237. ἀκτή τις ἔστ' Εὐβωῒς, ἔνθ' ὁρίζεται. Ibid. 401. Εὐβωΐς. ὧν δ' ἔβλαστεν, οὐκ ἔχω λέγειν. Vulgo quidem utrobique legitur Εὐβοιΐς. Sed diphthongum cujus subjunctiva vocalis sit (ι), alteri (ι) nunquam præmittere Atticos, omnibus satis notum est[4]. Nostro loco adhibetur crasis, adhibenda quoque in Ion. 60. El. 442. Rhadam. fr. 1. Sic etiam Soph. Trach. 74. et Ion Chius apud Strabonem I. p. 60. Plura hujus vocis exempla apud Atticos poetas non reperi. Εὐβοϊκὸς per (ο) habet noster Hel. 773. τὰ Ναυπλίου τ' Εὐβοϊκὰ πυρπολήματα. Hoc ab Εὐβοεὺς fit. Nam ab Εὐβοιεὺς fieret Εὐβωϊκὸς, ut a στοιὰ στωϊκὸς. Photius: Εὐβοιεῖς, οὐκ Εὐβοεῖς. Opinor veteres utrumque dixisse. Adde Æschylum apud Strabonem X. p. 447[4].

---

simplex verbum pro composito de navibus usurpatum VI. 92. νέες ἔσχον ἐς τὴν Ἀργολίδα χώρην. Iterum in Thucyd. obvium est κατίσχοιεν VII. 170. Addas etiam: κατάσχωσιν VI. 23. κατασχόντες VIII. 23.

Quod nostrum attinet locum, κατέχετ' Pflugk. retinet sc. "Præsens pro præterito, ut ap. Virg. Æn. VII. 196. *auditique advertitis æquore cursum.*" Idem ad Hel. 1206, quem versum hic adhibet, magis ad rem citat Fragm. Archelai. I. 2. ναυτίλῳ πλάτῃ Ἄργος κατασχών. Plura vide de hac voce annotata a Pors. ad Orest. 1330. Hec. 830. Herm ad Herc. Fur. 1202. ibid. Both. =1101. et Monk. ad Hippol. 27.

[4] "Nescio quid alii sentiant; mihi ille notissimus canon [Nostri scil. de (ι) alteri (ι) subjiciendo] usque adhuc oppido ignotus

96. τί χρέος; Quid rei est? Nos, *What is the matter?* Quo sensu usitatius est τί χρῆμα; vide ad v. 646[1].

119. καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς ἔρχεται σπουδὴν ἔχων. Noster Hec. 216. καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός. Hâc significatione sæpissime usurpantur particulæ καὶ μήν. Ita Hec. 665. Or. 348—456. Ita passim ante adventum novæ personæ. Observatione dignum est, post particulas καὶ μὴν hac significatione adhibitas nunquam unâ alterâve voce interpositâ induci γε, quod in diversâ significatione plerumque post eas collocatur, ut mox v. 131[2].

---

ignotus fuit." Lobeck. ad Phryn. p. 40. ubi plura de hac re. Seidl. ad Elect. 440. "Malim Εὐβοῖδας et Heracl. 85. Εὐβοΐδ'." Idem. Troad. 674 Ἀχαϊκὸν, pro vulg. Ἀχαιϊκὸν, sicut Herm. Hec. 285. uterque e Porsoni sententiâ. Blomf. quoque ad S. c. Theb. 28. Ἀχαΐδα reposuit pro Ἀχαιΐδα. Sed ad Ag. 607. quamvis in textu Ἀχαϊκοῦ dedit, in notis ita locutus est. "Putaverim equidem Æschylum, et Athenienses circa Æschyli tempora, scripsisse Ἀχαιϊκός, more Homerico." Similem quæstionem movet noster ad Med. 806. ubi Ἐρεχθεΐδαι scripsit pro Ἐρεχθεῖδαι. Cui obsecutus Blomf. ad Agam. 121. Ἀτρεΐδας, quod idem Monk. et Wellauer. Ἀτρεῖδας revocavit Scholef. Denique huic nostri Εὐβωῒς cognatæ formæ vox notanda est Ἀχελωῒς ap. Æsch. Pers. 875. quo sensu adhuc discernendum est, sed vide Blomf. et Wellauer. annotata. Adde tandem Dobr. Adversar. Vol. II. p. 158. ad Nub. 819. "ἀρχαϊκῶς, ut videtur, Antiatt. Bekkeri p. 83. 1. ἀρχαιϊκὰ per ϊϊ diserte Lex. SG. p. 449, 12."

[1] Plenius interpretatur Matth. "*Quid est quo indigeatis, quodque assequi velitis.*" De similibus per euphemismum accipiendis τί νέον; τί καινὸν; vide Monk. Hippol. 860. Conferendus et Blomf. ad Agam. 84. τί χρέος; τί νέον; Vide alia exempla ap. Eurip. Suppl. 983. a Bothio congesta. Cf. quoque Dobr. Advers. Vol. II. p. 93—ubi hæc, "καινὸν aut νεόν est, quodcunque *modum excedit.*"

[2] "Sæpe additur γε in eâdem sententiâ cum ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν,

123. ἀθροίζεται. Mediam formam alibi non reperi[3]. Compositum ἐξαθροίζεται habet noster Phœn. 1176. De spiritu dixi ad Arist. Achar. 26.

131. καὶ μὴν στολήν γ', Ἑλληνά τε ῥυθμὸν πέπλων— ἔχει. De feminino Ἕλλην fuse disputavi ad Marklandi Iph. T. 340. (Quarterly Review, XIV. p. 461.) ubi eam nostri loci scripturam proposui, quam in textum nunc recipio. Quod ibi monui, et exemplis nonnullis confirmare conatus sum, Ἕλληνα tam ad στολὴν quam ad ῥυθμὸν pertinere, longe majori exemplorum numero, si opus esset, stabilire possem. Vide nostræ fabulæ vv. 159. 324. 892. Cum primo loco conferendus noster Med. 1366. ἀλλ' ὕβρις, οἵ τε σοὶ νεοδμῆτες γάμοι. Ubi scripturam a Brunckio propositam, ἀλλ' ὕβρις ἡ σὴ, χοἰ νεοδμῆτες γάμοι, minime necessariam recte censet Pors. Sequentia in tironum gratiam subjicio. Æsch. Theb. 74. Eurip. Phœn. 291. Ion. 1275. Incertus Rhes. 302[4].

μὴν, οὐδὲ μὴν, οὐ μὴν, sed nunquam nisi interposito alio verbo, ut breviter monui ad Hec. 403." Pors. Phœn. 1638. Vide eundem Adversar. p. 34. et Blomf. Prom Vinc. 1018. et Stallb. Plat. Sympos. 42.

[3] Nec in activâ formâ sæpe reperienda est vox; neque Homero neque Pindaro usurpatur—semel tantum ap. Æsch. occurrit, Pers. 420; semel quoque ap. Soph. Œd. T. 144. nec in Aristophane nisi ad Av. 253 legisse memini. Ap. Eurip. satis frequentatur.

[4] Plura dedit noster in Addendis—Quæ partim iterum rescripsit ad Iph. T. 340. (Mus. Crit. II. 286) monet ibi in Tragicorum scriptis hodie manentibus quater legi Ἕλλην femininum, semel ap. Æschyl. Agam. 1263, ter apud Eurip. Iph. T. 341. 495. et Heracl. 131. De versus nostri scripturâ breviter idem ibid p. 276. ubi "in dubium vocat scripturam, cujus ipse auctor." Consulendi præterea Wellauer. ad Agam. l. Lobeck. ad Aj. 323. Bernhardy. Synt. p. 48.

Comparari

144. *αὐτοὶ κατ' αὐτῶν.* Persuasum habeo Sophoclem et Euripidem nunquam *αὐτὸν* et similia de primâ aut secundâ personâ usurpasse[1]. Solus fere locus, qui speciem aliquam habeat, in Bacchis occurrit. v. 720.

εὖ δ' ἡμῖν λέγειν

ἔδοξε. θάμνων δ' ἐλλοχίζομεν φόβαις,—κρύψαντες αὑτούς.

Fortasse scribendum, *κρύψαντες αὐτὰς*, eâdem significatione quâ *κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων* dixit noster Hec. 570. Nostro loco verba *αὐτοὶ κατ' αὐτῶν* vim habent verborum *καθ' ἡμῶν αὐτῶν.*

147. *ἴδια* et *οἰκεῖα* confudit poeta, quæ proprie tantum inter sese differunt quantum *κοινὰ* et *ἀλλότρια.* Cf. Thuc. I. 78.

148. *ἐσκεμμένοι.* Obiter moneo, Atticos nunquam dicere *σκέπτομαι,* sed semper *σκοπῶ* aut *σκοποῦμαι.* Contra nunquam dicunt *σκοπήσω* aut *σκοπήσομαι,* sed semper *σκέψομαι.* Sic etiam *ἐσκεψάμην* et *ἔσκεμμαι. προύσκεπτο* pro *προυσκέπτετο* restituendum Thucydidi VIII. 66[2].

149. Non *ῥίπτειν εἰς κίνδυνον* dicitur, sed *ῥίπτειν* (vel *ἀναῤῥίπτειν*) *κίνδυνον.* Photius: *κίνδυνον ἀναῤῥίψαι λέγουσι, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν κύβων.* Nos, *To run a risk.* Noster Inone fr. 6. *νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν—ῥίπτοντες.* Incert. Rhes. 154. a Brodæo citatus *ἐγὼ πρὸ*

Comparari possit, quod ad verborum structuram Eur. Hel. 554.

καὶ μὴν στολήν γ' ἄμορφον ἀμφὶ σῶμ' ἔχεις.

[1] Hæc omnia retractavit noster ad Bacch. l. Inter alios, quos de hac re auctores commemoravit Pflugk. consulendi Bernhardy. Synt. p. 272. Herman. ad Soph. Trach. 451. Blomf. Agam. 809. Ruhnken. ad Tim. p. 92. et Stallb. ad Plat. Protagor. p. 29.

[2] "Malim *προὔσκεπτο* Thucyd. VIII. 66." Dobræ. Adversar. Vol. II. p. 113.

γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω ῥίψας, κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν. Herodot. VII. 50. κινδύνους ἀναῤῥιπτέοντες. Thucyd. IV. 85. κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀναῤῥίψαμεν. Ib. 95· τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν. Ita passim. Nostro igitur loco pro ἐς κίνδυνον dedi ἢ κίνδυνον[3].

---

[3] Exemplis e Thucyd. citatis addas V. 103. τοῖς δ' ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναῤῥιπτοῦσι. Ib. VI. 13. πατρίδος, ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναῤῥιπτούσης. In simili locutione ellipsin vocis κίνδυνος notandam citat Pflugk. e Pausan. III. 6. 6. καὶ μὴ ἀφειδῶς ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀναῤῥῖψαι—idem monet ap. Plat. Protagor. 314. (p. 33. Stallb.) κυβεύῃς τε καὶ κινδυνεύῃς conjungi. Sic ad Herod. l. Valckn. memorat ἀποκυβεῦσαι περὶ τῶν ὅλων et περι βασιλείας hoc Diodori, illud Polyæni, ἐκκυβεῦσαι καὶ παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις Polybii. Huc pertinet notissimus Æschyli locus S. c. Theb. 1030 (=1020 Scholef.) ubi e conjectura dedit Blomf. κἀμὲ κινδύνῳ βαλῶ· quia ἀναβάλλειν ita pro ἀναῤῥίπτειν dici non vult—vulgatam κἀνὰ κ. β., etsi dubitanter, revocavit Well. ob. Herod. V. 49. μάχας ἀναβάλλεσθαι, qui locus et Scholef. satisfecit. Huc quoque referendum Ag. 856. εἴ τε δημόθρους ἀναρχία βουλὴν καταῤῥίψειεν si modo recte interpretatur Blomf. "*ne consilium iniret* metaphora ab aleatoribus ducta." Sed vide Well. in. l. Quod metaphoram attinet comparari potest Horatianum—"plenum opus aleæ"—et apud nostrat. Shakesp. K. Rich. III. Act V. Sc. 4.

Slave, I have set my life upon a cast,
And I will stand the hazard of the die.

Non prætereundum est compositum ῥιψοκίνδυνος quod citat Lobeck. Phryn. p. 771. semel equidem reperi, Xen. Memorab. I. 3. 9. His prius annotatis tandem in manus venit præclara hujus loci interpretatio quâ plana omnia facit Dobræus (Adversar. Vol. II. p. 100). Hæc ille, "Malim ἀλλ' ἢ—ἐς κίνδυνον, *Sedenim isti hoc periculum subierunt*,—ῥίπτοντες αὐτὸν, (i. e.) τὸν κίνδ. Ceterum, etsi non temere scriberem ita, explico ἀλλ' ἢ per ἄλλ' ἢ —; *An aliud faciunt quam?* Quod plenius aliquando dicitur ἄλλο τι ἤ." De his particulis plura Ibid. p. 231.

150. ῥίπτοντες. Mihi quidem ῥιπτοῦντες non magis tragicum videtur quam πιτνοῦντες. In Herc. 941. edidit Aldus, ῥιπτεῖτ'[1].

169. εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα.—ἄντλος apud vetustissimos scriptores Græcos eam navis partem significare videtur, quæ postea κοιλὴ ναῦς sive κοιλία appellata est. Ita præter Hom. Od. μ. 411. ο. 478. Alcæus ap. Heraclidem Ponticum, p. 413. ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει. Sequitur ap. eundem fragmentum ex alio Alcæi carmine desumptum, cujus septem prima verba emendare nequeo. τόδ' εὖ γε κῦμα τῶ προτέρω νεομω—Στείχει, παρέξει δ' ἄμμι πόνον πολὺν ἀντλῆν. Vulgo, πόνων πολλὴν ἄντλην. ἀντλῆν videtur Æolicum esse pro ἀντλεῖν. Apud Atticos ἄντλος potius de aquâ marinâ et sordibus quæ in imam navem confluunt, quam de ipso loco dicitur. Ap. nostrum Tro. 685. exhibentur nautæ in tempestate, ὁ μὲν παρ' οἴαχ', ὁ δ' ἐπὶ λαιφεσὶν βεβώς, ὁ δ' ἄντλον εἴργων ναός. "*Sentinam hauriens*" Portus, cujus versionem confirmat Cic. Cat. M. c. 6. "*alii sentinam exhauriant.*" Minus recte, meo quidem judicio, "*undam insultantem a navi arcens*" Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 108. Ap. Æsch. Theb. 802. ἄντλον δέχεσθαι dicitur, ubi Latini "*sentinam trahere*" dicerent, Nos, *To leak* diceremus. ἄντλον pro πέλαγος καταχρηστικῶς dixit noster Hec. 1025. Nostro loco intellige turbidam et fœtidam aquam. Comparat Musgr. Æsch. Choeph. 695. ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα[2].

---

[1] Herm. ad Ajac. 235. statuit ῥίπτειν esse *jacere*, ῥιπτεῖν autem *jactare*, quod discrimen nihili esse contendit Matth. cujus annotationem vide ap. Bothium in h. l.

[2] De voc. ἄντλος alii aliter. Pflugk. in l. hæc—"Elmsleius quæ disputavit de voce ἄντλος, vereor ut satis considerate scripta sint." Hemsterhusii adnotationem ad Troad. l., quam improbat noster, "*egregiam*" vocat Scholef. ad Theb. l. Porti fere interpretationem sequitur Musgr. quem laudat Seidler.

170. ἐρεῖς τὸ λῷστον ἐλπίδ' εὑρήσειν μόνον. Suspecta habeo verba ἐλπίδ' εὑρήσειν, minime vero verba τὸ λῷστον, *at best,* pro quibus τὸ λοῖσθον scribendum putat Musgravius[3].

173. εἴτι τοῦτό σε ψυχὴν ἐπαίρει. "Duplex accusativus," inquit Pors. Hec. 800, "neminem offendet, nisi qui in Atticis poetis hospes sit[4]."

181. ἐκμάθῃ σαφῆ. al. σαφῶς. sicut ap. Œd. T. 702, Eur. Suppl. 211. fluctuant libri. Exquisitius est adjectivum adverbii loco adhibitum quam ipsum adverbium, σαφῆ igitur retineo[5].

187. δοκῆσαν. Idem est quod δοκοῦν, et ponitur absolute pro genitivo δοκήσαντος. Markl. Suppl. 129.

Seidler. ibi sententiam, πόλις—ἄντλον οὐκ ἐδέξατο vertit Blomf. "*Urbs non ad aquam exantlandam redacta est.*" Consulendi sunt Pors. et Herm. ad Hec. l. Quod Homerum et Hec. vers. attinet cum nostro facit Dammius sub v. c. 2296. Bis, ut in Hom., ap. Pindarum occurrit. Oly. IX. 79. ἀνάπωσιν ἄντλον ἑλεῖν (χθόνα scil.) quod ita reddit Damm. "*resorptionem abstulisse eam stagnationem aquarum in terrâ.*" Idem Pyth. 8. 14. τιθεὶς ὕβριν ἐν ἄντλῳ. proverbialiter dictum putat—quasi esset "*abjectissimum censere,*" cùm abjecta quæque et sordida in sentinæ loco confluunt. Illo autem in loco Dissenius "*æstum marinum*" interpretatur—in hoc etiam pro πέλαγος sicut ad Hec. l. accipit, vertens—"*demergis eorum superbiam,*" advocato Lobeck. ad Aj. v. 804. Denique Maltb. Thes. s. v. citat ἄντλον κριθῶν—"*acervum manipulorum sive hordei*"—ex. Ep. ap. Suid.

[3] Cf. nos ad Med. 750. "Heracl. 170. lege ἐλπίς." Dobr. Adversar. Vol. I. p. 474. ubi similia congessit. Idem Ibid. Vol. II. p. 100. suam emendationem exemplis sustinet—Verba sunt, "Qu. ἐλπὶς, ut Helen. 432. *Dices 'Spes est ut eventus faustus sit,'* ἐρεῖς, Phœn. 570. ἐρεῖ δὲ δή τις, Ibid. 589."

[4] Cf. Hermanni notata ad Hec. l. = 793. (ed. 1831.)

[5] Contra σαφῶς Matth. qui credit σαφῆ esse "vitium e simili terminatione ortum."

201. αἰσχύνη. In bonam partem accipi potest, pro dedecoris vitandi studio. Quo sensu dicitur αἰδὼς supra v. 6. Thucyd. I. 84. αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία[1].

210. ἄνειμι. *Redeo* aut *repeto* omnes interpretes. Imo, *repetam*. εἶμι enim semper futurum est. Mœris, p. 16. ἄπεισιν Ἀττικῶς· ἀπελεύσεται Ἑλληνικῶς. Ubi vide Piersonum scriptoresque ab eo laudatos. Futurum ἐλεύσομαι, quod usurpant Æsch. Prom. 853. Suppl. 531. Soph. Œd. Col. 1206. Trach. 595. comicis et prosæ orationis scriptoribus fere inusitatum est. Corruptus videtur locus Lysiæ κατὰ τῶν Σιτοπωλῶν, p. 719. Ed. Reisk. ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οἴομαι αὐτοὺς ἐπὶ μὲν τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἐλεύσεσθαι. Nec multo magis usitata sunt ἠρχόμην, ἔρχου, ἔρχωμαι, ἐρχοίμην, ἔρχεσθαι, ἐρχόμενος, pro quibus plerumque dixerunt Attici ᾖα, ἴθι, ἴω, ἴοιμι, ἰέναι, ἰών. ἐπερχόμενον habet Æsch. Prom. 98. ἔρχεσθαι Agamemn. 926. ἐρχομένα Soph. Trach. 851. ἐπερχομένῳ Aristoph. Nub. 311. ἐπήρχοντο Thucyd. IV. 120. προσήρχοντο Ibid. 121. ὑπερχόμενος Plat. Crit. p. 53. E. Xenoph. de rep. Athen. 2. 14. ἐξέρχοιτο Xenoph. Pæd. IV. 1. 1. ἐπεξερ-

---

[1] Vide Poppon. Commentar. in h. l. Notandum quoque quod Thucyd. dixit L. v. ubi c. 104. Melii sibi opem laturos Lacedæmonios confidunt τῆς γε συγγενείας ἕνεκα καὶ αἰσχύνῃ βοηθεῖν. "*At least on account of our relationship and for very shame sake*"—quibus respondent Atheniensium verba (c. 105.) διὰ τὸ αἰσχρὸν δὴ βοηθήσειν ὑμῖν πιστεύετε αὐτοὺς, cui nescio an similis locutio comparari potest, nisi quod eadem fere ibidem repetitur infra cap. 111. ubi αἰσχύνην simili modo sequente τὸ αἰσχρὸν καλούμενον habes. E poetis satis sit notare unâ in fabulâ Agam. αἰσχυνοῦμαι v. 829. αἰδέσθῃς 910. αἰδὼς 920. In re simili similiter locutus est Virgilius Æn. II. 541. Jura fidemque Supplicis *erubuit*.

χόμενοι Antipho. p. 623. ed. Reisk. ὑπέρχεσθαι Andocides in Alcib. p. 122. Demosth. in Aristocratem, p. 623. Altera totidem exempla ap. Atticos scriptores hodie superstites reperiri posse vix crediderim. Legitur quidem ap. Aristoph. Thesmoph. 504. ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχετ' ὠκυτόκει' ὠνούμενος. Sed suspicor Poetam scripsisse περιῄεν, vel potius περιῆῤῥεν. Ita Pherecrates ap. Photium v. περιέῤῥων: ζητῶ περιέῤῥων αὐτὸν ἐξ ἑωθίνου[2].

219. ἐρεμνὸς. *tenebricosus, niger*, alibi ap. Euripidem non legitur. Bis ap. Sophoclem, Ant. 700. Aj. 376[3].

245. ἐλευθέραν. Satis scio innumera esse adjectiva feminini generis, quæ nunc propriam terminationem exhibeant, nunc formam masculinam induant. Cujusmodi sunt in hâc fabulâ ἀλίῳ v. 83. βιαίῳ vv. 103—107. πατρῴους v. 810. δίκαιον v. 902. Pro quibus dicere potuit poeta, ἀλίᾳ, βιαίᾳ, πατρῴας, δικαίαν. Sed de horum numero non videtur esse ἐλεύθερος. ἐλεύθερον nostro loco ex incuriâ scribæ natum est, ut ξένους θ' ὁμοῦ γυναῖκας Suppl. 94. et alia permulta. ἐλευθέρα femininum cum γῆ, γαῖα aut πόλις conjunctum supra legitur[4] vv. 62. 114. infra v. 288. Adde κυρίους v. 144. Ἡράκλειος 542.

---

[2] Eodem fere redit annotatio Lobeckii ad Phryn. p. 37. ubi de Lysiæ l. c. plura dedit. Vide etiam Nostrum ad Œd. Col. l.: Dobr. Aristophan. in Addendis, p. 101. Hic non absque re erit monere vocem ἔρχεσθαι insolitum aliquando sensum præ se ferre. De *abeunte* enim dicitur ap. Soph. Philoct. 48. ubi Wunderus consuli debet; de *redeunte* ap. Plat. Protagor. p. 24. ed. Stallb.

[3] Semel quoque ap. Æschylum occurrit: Agam. 1361. ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου. In Homeri Iliade ter, Δ. 167, M. 375, Y. 51, in Odyss. bis, λ. 605, ω. 106, reperitur.

[4] Cf. Matth. Gr. Gr. §§ 116. 118. 436. item Pors. Med. 822. Poppon. Prolegom. Thucyd. p. 101. Ad. Eurip. Alcest. 125.

ἕδρας

250. μὴ τρέσῃς ὅπως σέ τις...ἀποσπάσει. Vulg. ἀποσπάσῃ. μὴ δείσῃς ὡς (vel ὅπως), μὴ ἐλπίσῃς ὡς, et similia, futurum postulant. Ita Noster vv. 161. 1052. Soph. Electr. 963. 1309. 1426. Xenoph. Pæd. VI. 2, 30.

256. οὐκ οὖν. Discrimen quod inter οὐκοῦν et οὔκουν statuunt grammatici, verissimum est, si Plutarchi aut Luciani scripta pro veræ Græcitatis normâ accipiantur. Apud veteres Atticos utraque particula semper propriam suam significationem servat. Ego ubique οὐκ οὖν scribo, adhibitâ, prout opus est, vel omissâ interrogatione.

269. οὐ τἆρα id est οὔτοι ἄρα, majorem habet vim, quam οὐκ ἄρα. οὐ τἆρα in initio senarii legitur Soph. Trach. 322. Phil. 1253. Eur. Suppl. 496. Ion. 337. Telepho fr. 19. In sequentibus οὐ τἆρα pro οὐκ ἆρα legendum arbitror. Soph. Œd. Col. 408. Phil. 106. Ib. 114[1].

271. κοὐκ ἐς ἀμβολάς. Si vera sunt quæ de ἐς dixi in præfatione ad Soph. Œd. T. p. 9. nostro loco scribendum εἰς ἀμβολάς. Sed hodie suspicor tragicos in quintâ senarii sede iambum spondeo prætulisse, saltem ubi diversam ejusdem vocis scripturam adhibendo brevem syllabam pro longâ exhibere possent. De quâ re alias plurâ dicam.

ἕδρας σκοτίους, sicut ad Hippol. 437. φαῦλος οὖσα satis ad rem disputavit Monkius. Verisimillimum est quod ad Choeph. 865. γυναικείους πύλας statuit Blomfieldius—Tragicos scilicet "ubi metrum alterutram terminationem indifferenter admitteret, masculinam formam prætulisse, si sic homœoteleuton evitarent."

[1] Cf. nostrum ad Acharn. 323. Brunck. ad Ran. 656. Ad Hippol. 443. in initio senarii οὔ τ' ἄρα pro vulg. οὐκ ἆρα' γ' restituit Monkius, ubi plura hujus craseos exempla congessit. Quod ad Phil. 106. οὐ τἆρα pro οὖκ ἆρα mutatum voluit noster "recte factum putabo," inquit Herm. "ubi demonstratum videro non recte habere vulgatum." Hermanno obsecutus est utrobique Wunderus.

272. μὴ, πρὸς θεῶν, κήρυκα τολμήσῃς θενεῖν. Vulg. τολμήσεις θένειν. Quare τολμήσῃς reposuerim, nemo in Græcis litteris mediocriter versatus requiret. θενεῖν scripsi ex monitu doctissimi Blomf. ad Æsch. Theb. 378. qui primus omnium vidit ἔθενον aoristum esse verbi θείνω[2]. Sententiam ejus confirmat incertus Rhes. 687. φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς. Ubi solæcum esset θένῃς a præsenti θένω natum. Quod ipse olim monui ἔσχεθον aoristum esse, eodem argumento demonstrare possum. Noster Alcmæone fr. 12. 13. γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀθυμία Σχέθῃ τις ὑμᾶς. ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν Ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην. Ita legendum esse nullus dubito; si verbum esset σχέθω, σχέθῃ in σχεθέτω mutandum esset.

283. κεκτῄμεθα. Brunck. ad Philoct. 119. qui versus in edd. recentioribus recte legitur σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα. Restituenda hæc optativi forma nostro Iph. A. 404. αἶ, αἶ, φίλους ἂν οὐχὶ κεκτῄμην τάλας. Vulgo, φίλους ἄρ' οὐχὶ κεκτήμην. Ita Aristoph. Plut. 991. μεμνῇτό μου. Μεμνῇτο etiam nonnulli libri apud Xen. Pæd. 1. 6, 3. ubi edd. veteres mendose μιμνῷτο pro μεμνῷτο. Ceterum cum nostro loco conferendus Herodot. VII. 161[3].

---

[2] Ostendit Blomf. quater apud Æsch. diphthongum postulare metrum, simplicem vocalem nusquam. Idem ad Aristoph. Av. 54. θεῖνον non θένε pro ratione linguæ legendum statuit. Ad Theb. l. Wellauer θένει retinet, Scholef. θείνει restituit. Ad Aristoph. l. θένε Brunck. et Dindorf. tacite uterque. θενῶν pro θένων e Blomf. et Nostri sententiâ dedit Both. ad Eur. Cycl. 7. De ἔσχεθον aoristi formâ plura vide ap. nos ad Med. 995. et Monk. ad Hippol. 1284. In nostro loco Dobr. Advers. Vol. II. p. 100—"τολμήσῃς legendum, quomodo in notâ citat Barnesius; edens tamen cum Aldo τολμήσεις."

[3] Cf. nostrum Œd. T. 49. Dobr. ad Plut. 992. κεκτῴμεθα in h. l. Pflugk. et Bothius, uterque fretus auctoribus, Hermanno

285. φθείρου. μετὰ φθορᾶς ἀπαλλάττου. id est, *In malam rem, abi in malam crucem.* Aristoph. Plut. 598. 610. Ach. 460. BRODÆUS. Rectius, *Get you gone.* Vide omnino nostrum Androm. 709, 716[1].

287. οὐ γὰρ Ἀργείων πόλιν Ὑπήκοον τήνδ', ἀλλ' ἐλευθέραν ἔχω. Ordo est, οὐ γὰρ ἔχω τήνδε πόλιν ὑπήκοον Ἀργείων. Veteres libentius dixerunt ὑπήκοός σου quam ὑπήκοός σοι. Æsch. Pers. 234. πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος. Herodot. VII. 111. Σάτραι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο. Similia sunt ὑπήκοοι τῶν Ἀσσυρίων ap. Xen. Pæd. IV. 2, 1. ὑπήκοοι τῶν Μοσυνοίκων. Anab. V. 5, 1. et alia ap. veteres passim. Dativus, quem sæpe adhibent recentiores, vulgo legitur ap. Aristoph. Plut. 146. ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. Sed hæc scriptura fortasse librariis debetur ad sui sæculi normam omnia refingentibus[2].

---

de Ellipsi et Pleonasmo p. 231, et Buttm. Gr. Gr. p. 442. De ἂν particulâ in his locutionibus vide Dobr. Advers. II. 260 "Iph. A. 404. male Elmsl. Heracl. 283." inquit Idem ibid. p. 141.

[1] Conferenda est gravior execrandi formula bis ap. Æsch. repetita ἴτ' ἐς φθόρον. Theb. 238, Agam. 1238. Ad. Pluti l. comparat Hemsterhus. recentiorum ἀφανίσθητι quod monet non solum significare, *evanescas*, *intereas*, sed etiam *in malam rem abi*, quod fere nostrates in familiari sermone *Make yourself scarce.* Vide etiam Herc. Fur. 1181. οὐ γῆς τῆσδ' ἀποφθαρήσεται;

[2] Cf. Bernhardy. Synt. p. 175. Bis præterea ap. Æsch. occurrit ὑπήκοος Pers. 238. Choeph. 302. utrobique cum genetivo. Ad. Pluti l. τῷ πλουτεῖν retinent tacite Brunck. et Hemsterh. Nostrum in addendis citat Dobr. Pflugk. in h. l. sententiam Elmsleii refutatam censet a Gottholdo, e Xenoph. Hell. III. 1. 3. VI. 1. 4. Anab. 7. 29, quibus porro argumentis mihi non contigit videre. Ad. Demosth. locum, quem advocat Pflugk. (Advers. Philipp. Epist. § 158. p. 101.) vulgata verba sunt, οἷς πάτριόν ἐστι μηδενὸς ὑπακούειν—μηδενὶ vel ἀκούειν Wolf., quòd ὑπακούειν

294. πυργοῦν apud Tragicos sæpe μεγαλύνειν significat[3]. Nostro loco *exaggerare* significare videtur. Nisi vertere mavis, *fingere, fabricari.* Aristoph. Ran. 1004. ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνά.

300. γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν. Ita passim loquuntur Tragici. Noster. Andr. 975. Ib. 1280. Incert. Rhes. 168.

305. ηὕρομεν pro vulgato εὕρομεν Noster[4].

323. ἀρῶ. vulg. αἴρω. Præsens pro futuro. MUSGRAVIUS. αἰρῶ Pors. ad Med. 848. Dedi ἀρῶ, Porsono, ut opinor, non invito. Ex ἀείρω formatur futurum ἀερῶ, cujus duæ syllabæ priores in A longum coalescunt, eâdem ratione quâ ex τιμάετε fit τιμᾶτε, ex τὰ ἐμὰ τἀμά. Præter exempla hujus futuri a Porsono memorata, ἀπαροῦμεν legendum ap. nostrum Med. 938. ἐπαρεῖ Iph. A. 125. ἀροῦμεν

κούειν genitivo insolentius jungi credit; nihil mutat Schæf. " nam ὑπακούειν etsi fere dativum adsciscit (v. Anecd. Bekk. p. 176. 16.) tamen etiam genitivo recte jungitur. Cf. Herod. III. 101. Xen. Cyrop. VIII. 1. 4." De usu τοῦ ὑπακούειν consulendus Matth. Gr. Gr. § 340. 381, et Poppon. Prolegg. Thuc. p. 120. et ad Thuc. VI. 82. Notavi etiam ap. eundem VI. 20 ὑπηκόους ἀλλήλων: et VII. 57. ὑπήκοοι φόρῳ ubi, ni fallor, genitivus personæ per ellipsin subaudiendus est, in eodem enim capite φόρου ὑποτελῶν legitur, sicut et I. 56. Utrumque casum, saltem in Herodoto, adhibet vox germana κατήκοος. vide Schweigh. Lex. s. v. Aliud est compositum et in alio sensu ἐπάκοος ὑμέων Theocr. VIII. 25. quæ cum genitivo legitur in Euripide semel, (nostræ fabulæ v. 120.) in Soph. nusquam, in Æschylo ter, Ag. 1394. Choeph. 974. Eum. 702.

[3] Cf. Orest. 1584. ὃς πεπύργωσαι θράσει. Med. 513. καὶ λιὰν πυργοῖς χάριν. Herc. Fur. 233. οἷς πεπύργωσαι λόγοις. Vide et Ibid. 439.

[4] Cf. nostrum Præfat. ad Œd. T. et Med. v. 191. Adde Lobeck. Phryn. p. 140. Qui hæc inter plura—" Ab Elmsleio quidem nuper Euripides Heracl. 305. ηὕρομεν recepit, sed vereor ne ingratis."

Iph. T. 117. Tro. 1148. ἀρεῖται Hel. 1613. ἐξεπαρεῖ ap. Plutarch. Consolat. p. 102. F. Quorum nonnulla suis locis jam emendarunt viri docti. In Iphigenia priore in veram scripturam θυμὸν ἐπαρεῖ imprudens incidit Reiskius. Qui si rei metricæ paullo peritior fuisset, nunquam talem dipodiam anapæsticam exhibuisset, qualem conficiunt duæ longæ syllabæ tribus brevibus interpositis. Neque enim unquam suspicaturum fuisse arbitror, aliud esse futurum ἀρῶ ab αἴρω derivatum, aliud ab ἀείρω. Porsonum ἐπαρεῖ θυμὸν legisse monent Advers. ejus editores p. 249. Adhuc juvenis scilicet ita legendum censuit, antequam veram hujus futuri rationem indagavit[1].

371. ποῦ ταῦτα καλῶς ἂν εἴη Παρά γ' εὖ φρονοῦσιν; Cum hoc loco conferenda verba ποῦ ταδ' ἐν χρηστοῖς πρέπει infra v. 511. Utrobique particula interrogativa ποῦ non sine indignatione negat, ut sæpe apud Tragicos. Soph. Œd. T. 390. Aj. 1100. Noster Phœn. 551. Vide omnino Porsonum ad Orest. 792.

375. οὐχ οὕτως ἃ δοκεῖς κυρήσεις. Exquisita locutio, quæ omnes interpretes fugit. Sensus videtur esse, *non impune, non illæsus.* Noster Alcest. 682. ἄγαν ὑβρίζεις, καὶ νεανίας λόγους Ῥίπτων ἐς ἡμᾶς, οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει[2]. Herodot. I. 16. ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως[3].

---

[1] Hæc Nostri Blomf. et Well. satisfaciunt, ut ἀροῦμεν ad Pers. 800. restituant. ad Iph. A. 125. "Elmsleio debetur ἐπαρεῖ" Herman.—ἀρεῖται etiam Pflugk. ad Hel. = 1597. Nostri rationem sequitur Spitzner. Gr. Pros. p. 76. Sed ad Tro. 1155. αἱροῦμεν retinet Seidler.

[2] Vide Monk. ad Alc. 1.

[3] Adde exempla quæ Pflugk. supplet in l. "οὕτως = ῥᾳδίως. Cum Alcest. loco confer supra 268." Dobr. Adversar. Vol. II. p. 101. Cf. omnino Div. Joh. Evang. IV. 6. ἐκαθέζετο οὕτως

382. Qui Græcas Tragœdias in quinos actus ad instar Latinarum distribuunt, rectius in nostrâ fabulâ procedunt quam in aliis plerisque. Sunt enim in eâ quatuor Chori *μέλη*, eaque satis commodis intervallis posita. Actus igitur secundi hunc versum initium fecit Stiblinus, tertii v. 630. quarti v. 784. quinti v. 928.

386—388. *ἐστὶ* rarissime in initio versus legitur, nisi in initio sententiæ, vel saltem post aliquam pausam, sive distinctionem. Dedi igitur *εἶσιν*, *veniet*. [Deinde quatuor loca emendanda citat.] Æsch. Agam. 1240. ubi pro *ἔστιν*, *ἔσται* malit, vel ut Æschyleum magis *εἶεν*. Ad Chœph. 91. *ἐστ'*, *ἀντιδοῦναι*, vel *ἔσθλ' ἀντιδοῦναι* vel *εὖ τ' ἀντιδοῦναι* proposuit. Ad Herc. Fur. 1291. *ἦν* pro *ἐστ'*. ad Thes. Fr. 5. pro *εἰσίν*, vel *ἦσαν* vel potius *εἰς ἓν* restituere velit[4].

387. *καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν.* In his verbis nonnihil hæreo. Sententia postulare videtur ut particula *καὶ* propriam suam vim servet. *εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν, καὶ οὐ σμικρὸν φρονῶν.* Sed in *καὶ μάλα*, *καὶ λίαν*, et similibus, omnino *παρελκεῖν* videtur *καί*. Incert. Rhes. 85. *καὶ μὴν ὅδ' Αἰνεάς καὶ μάλα σπουδῇ ποδὸς Στείχει.* Quidquid de hoc statuatur, hinc emendandus Soph. Aj. 1120. *ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν.* Æsch. Pers. 784. *Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέον φρονεῖ.* Vulgo *σμικρὰ* et *νέα*[5].

οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Non absimili sensu apud Latinos "*sic*" usurpatur. e. g. Hor. Od. II. 11. 14. jacentes *sic* temere.

[4] Frustra hæc nihili esse contendit Wellauer. ad Choeph. 91. quum ipse suam Elmsleius revocavit sententiam ad Œd. Col. 1167. Dobræus tamen in eandem quam noster incidit lectionem (Adversar. Vol. II. p. 101.) "Forsan *εἶσιν*, i. e. *πορεύσεται*."

[5] Contra facit Lobeck. ad Ajac. l. = 1109. Ad. Pers. l. Nostrum sequitur Blomf. Transponunt *νέος φρονεῖ νέα* Erfurdt.

391. "δὲ et γὰρ facillime permutantur," inquit Pors. ad Med. 34. "quamquam facilius δὲ in γὰρ quam γὰρ in δὲ migrat." Vide v. 404[1].

399. ἄραρ᾽: al. ἄρηρ᾽. De hoc verbo vide Valcken. ad Hipp. 1090[2]. et Brunck. ad Med. 323.

403. τροπαῖά τ᾽. Notum est grammaticorum monitum, Atticos non τρόπαιον sed τροπαῖον dixisse. Quod si de τροπαῖον verum est, verum etiam esse puto de τροπαῖος. Non me fugit operam eos perdere, qui de singularum vocum accentibus nimis curiose disputent,

---

furdt. ad Aj. Monk. ad Hippol. 1284. et Herm. ad Aj. "Cui transpositioni sensus ipse adversatur," inquit Well., recte credo. Ipse conjecit Well. νεαφρόνεῖ, fretus, ut videtur, Lobeck. ad Phryn. p. 660. et quòd compositum νεαγενὴς exstet Iph. A. 1630, ibi νεογενῆ dedit Herm. sicut in Pers. l. Reisig. νεοφρονεῖ. Dobræus ad Pers. l. (Adversar. Vol. II. p. 20.) "νέον φρονεῖ Elmsl. ad Heracl. 387. forsan etiam R. P." quippe qui inter alia in MSS. citat "μικρὸν φρονεῖν Eur. Heracl. 387." Ajacis locum tangit quoque Dobr. ibid. p. 45. nostrum locum rursus p. 148. De particulis καὶ λίαν Cf. Nostrum ad Med. 513. ubi exempla congessit. In Plat. Protag. § 7. p. 39. legitur ἐγκεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισὶ καὶ στρώμασι καὶ μάλα πολλοῖς, ubi Stallbaum. hæc, "καὶ ante μάλα non copulat, sed intendit. Geminum est καὶ πάνυ Phæd. p. 64." Imo et fere contrarium πώμαλα Aristoph. Plut. 66. De εὖ μάλα conjunctim vide Wuestem. Theocr. XXIV. 92. Dobr. Adversar. Vol. II. p. 244.

[1] "Lege γὰρ ob metrum. Ceterum non dubito quin tragicum aliquem rideat, forsan Æsch. Theb. 36. 364—649 etc. ut Phœn. 763. Suspicor etiam 671–2. tangi aliquem." Dobr. in l. (Advers. Vol. II. p. 101.)

[2] "ἄρηρεν Ionicum est, ἄραρεν forma Atticis cum Doriensibus communis erat," Monk. ad Hippol. l. De secundâ productâ vide Spitzner. Gr. Pros. § 50. 6. Item. Pors. ad Orest. 1323.

quippe quorum notitiam solis grammaticis Alexandrinis debeamus, natis quidem illis potius ad obscurandam quam ad illustrandam veterem linguam Græcam. Ubi vero in προσῳδίᾳ cujuslibet vocis fluctuant hodierna librorum exemplaria, operæ pretium est eam scripturam qua melior videatur, ubique repræsentare. τροπαῖον προπερισπωμένως habet Aldus in Androm. 764. τροπαῖα ibid. 695. τροπαῖ' igitur dedi infra v. 786[3].

404. εἰς ἓν ἁλίσας. ἁλίσας Primam producit ap. nostrum Herc. Fur. 412. monente Musgr. Deinde apud veteres non minus usitatum est ἁλίζω quam συναλίζω. Participium ἁλίσας ter minimum in libro I. usurpat Herodotus, capp. 77. 80. 119. Significat ἀθροίσας, quod in simili locutione adhibet noster supra v. 341. Utrumque ἁλίζω et συναλίζω usurpat Xenophon, obsoletorum et poeticorum vocabulorum sectator omnium Atticorum studiosissimus. Illud habet Anab. II. 4, 3. VI. 3, 3. hoc Pæd. I. 2, 15. 4, 14. Anab. VII. 3, 48. Hellen. I. 1, 30. Hesychius v. ἁλίσας duo diversa verba ἁλίζω et ἀλίνδω confundit, nisi glossa ejus ita scribenda est:

---

[3] Vide quantum in re tantulâ doctissimi discrepent. Ad Eur. Phœn. 581. τρόπαια dedit Pors. et in notis τρόπαιον ἂν στήσαιτο, (quod pro ἀναστήσαιτο legendum monet) ex Aristoph. Plut. 453. citat; ibi autem τροπαῖον et Dobr. edidit, et Hemsterhusius. Contra ad Æsch. Theb. 263. τρόπαια exhibent Scholef. Wellauer. et Blomf. cujus in l. verba sunt. "Recte Eustath. ad Il. κ. p. 818. 21. τρόπαιον substantivum, τροπαῖος adjectivum scribit." Popponi rursus, de Elocut. Thucyd. cap. XVII. τροπαῖον e Grammaticorum præceptis magis placet. Vide eundem ibid. Lib. I. c. 30. p. 235. Veteres Atticos τροπᾶιον dixisse, τρόπαιον recentiores statuit Goettling. de Accentibus p. 48. Adde etiam Lobeck. Phryn. p. 569. Et, quod demum vidi, Dobr. Advers. Vol. II. p. 139. ad Plut. l. supra citatum. "τροπαῖον et τροπαῖος Atticis ubique restituenda. Elmsl. Heracl. 403."

Ἀλίσας. κονίσας, κυλίσας, καταβαλών. Ἁλίσας. συναθροίσας, συναγαγών. Ἀλίσας tenui spiritu primam corripit, secundam producit. Aristoph. Nub. 32. ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλίσας οἴκαδε[1].

408. γνῶμα: habet etiam Soph. Trach. 593. γνώματος Æsch. Agam. 1361[2].

409, 10. σφάξαι κελεύουσίν με παρθένον κόρῃ—Δήμητρος. Vulg. παρθένον κόρην Δήμητρί γ'.

Particula γε plane supervacanea est, deinde nostro loco displicet παρθένον κόρην, quas voces conjunctas alibi

---

[1] His Nostri citatis, quantitatis rationem variæ optime reddit Maltb. Thes. s. v. "Deducenda est hæc posterior vox ab ἀλίω, quod cum aliis benè multis verbis in ιω penult. producit. Usus est verbo simpl. ἀλίω Pollux, licet H. Steph. in Thesauro omiserit. τὸ δὲ κυλίσαι, καὶ ἀλίσαι ἐρεῖς, καὶ ἐξαλίσαι. I. 183. Vid. nos in ἐξαλίω. Igitur ἀλίσας, ab ἀλίω est pes Bacchicus; ἀλίσας, ab ἀλίζω *congrego*, Creticus; ἁλίσας, ab ἁλίζω *sale condio*, Anapæstus." Vide et Spitzner. Pros. § 52.

Quod Xenophontis stylum spectat idem fere Poppo. Proleg. Thuc. I. 252. "In Xenophonte multo plura hujus generis" (poeticorum scilicet) "inveniuntur (vide Disputat. de Xenoph. Dial.), isque haud raro Homerum imitatus est." Videndus etiam Lobeck. Phryn. p. 89. Cujus verba sunt. "Poetica et glossematica vocabula in nullo plura notata sunt a Grammaticis, quam in Xenophonte, scriptore maxime pedestri et quotidiano."

[2] Alibi apud Poetas non reperienda est vox. Ap. Prosæ orationis scriptores semel in Herodoto occurrit VII. 52. τῶν ἔχομεν γνῶμα μέγιστον quo sensu potius γνώρισμα exspectes. Citat ibi Wess. Aretæi Morb. I. 1. fin. τάδε μέντοι τῆς λύσιος τῆς νούσου γνώματα. Alicubi me vidisse credo adhibitum pro γνώμων, sive signum in equi ore unde ætas dignoscenda est. Ista vox semel quidem, sed prorsus aliâ significatione, usurpatur ap. Thucyd. I. 138. pro simpl. κριτής. Non prætereunda sunt composita ἱππογνώμων Æsch. Frag. Jaculatr. et προβατογνώμων, ibid. Agam. 768.

nusquam reperi. Κόρῃ Δήμητρί τ' mavult Piersonus Verisim. 179. Sed solam Proserpinam nominat poeta v. 601. nec facile dixeris quare Cereri immolanda sit virgo, quam Deam peculiari religione Marathone coli nemo unquam dixit. Præterea κόρη absolute pro Proserpina dictum a tragico sermone alienum videtur. Namque in Suppl. 34. unde verba Κόρης τε καὶ Δήμητρος citat Piersonus, præcedunt verba δυοῖν θεαῖν[3].

412. κτενῶ vulgatum κτανῶ Atticis adjudicat Porsonus ad Or. 929[4].

417. δίκαιον ἦν. vulg. ᾖ. ἦν nostro loco, ut alibi passim, ἐστὶ significat. Subjunctivus ᾖ solæcus est[5].

418. μωρίαν ἐμοῦ (vulg. ἐμὴν) κατηγορούντων. Verba accusandi genitivum personæ, ut loquuntur grammatici, accusativum autem rei postulant.

428. ἔοιγμεν et εἴξασι Atticos pro ἐοίκαμεν et ἐοίκασι dixisse nemini ignotum est. Præter nostrum locum, ἔοιγμεν

---

[3] Lobeck. vero ad Aj. 1179. pro παρθένος γυμνὴ quod vulgo legitur ap. Ælianum. p. 609. restituit παρθένος γυνή, "ut γραῦς γυνή Thesmoph. 345. παῖς κόρη Lysistr. 565. Philostr. Iconn. II. 864. παρθένος κόρη Eur. Heracl. 409. Pausan. L. IV. c. 19. p. 524. Hæc ἐκ πολλῶν ὀλίγα." Allegari potest germanum quod ad locutionem ἀρχαῖος γέρων Eur. Electr. 287. et ἀρχαίου γέροντος ibid. 848. quodque vel magis est ad rem Æsch. Eumen. 69.

ὕπνῳ πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι,
γραῖαι, παλαιαὶ παῖδες. ubi videndus Wellauer.

In nostro loco "κόρῃ Δήμητρος Barnesii ad 601. melius quam Piersoni κόρῃ Δήμητρί θ'." Dobr. Advers. Vol II. p. 101.

[4] "κτανῶ Ald. contra morem Atticorum." Pflugk. in l. "Lege κτενῶ. Vide R. P. ad Orest. 929." Dobr. Advers. ubi supra.

[5] "Qu. δίκαιος ἦ (imperfect.) ut supra 142. ubi Musgr. *I was right in helping.* Possis δίκαι' εἴη. Sed bis peccat hoc, in tempore et in personâ." Dobr.

occurrit infra v. 681. Cycl. 99. et ap. Soph. Aj. 1239. Quid pro ἐοίκατε dixerint ego quidem nescio. De εἴξασι consulendi Ruhnk. Tim. p. 98. et Piers. Mœr. p. 148[1].

431. πνοαῖσιν Edd. omnes præter Aldinam et Hervagianam primam. πνοιὰ Edd. omnes in Androm. 479. Tro. 883. Altera scriptura melior mihi videtur. Quamvis enim ποιὰ, ῥοιὰ, στοιὰ, χροιὰ, et alia fortasse nonnulla, apud veteres saltem Atticos rectius per diphthongum quam per simplicem vocalem scribantur, diversam fuisse horum rationem ostendit rectus casus singularis, qui in his semper in A desinit, in illo semper in H, nisi in Doricis Chori canticis. Neque unquam, quod sciam, apud Tragicos aut Comicos metro repugnat πνοὴ priore correptâ. Contra ποιὰ priorem producit apud Eurip. Cycl. 332. Aristoph. Equit. 606. ῥοιὰ, *malum Punicum* ap. Aristoph. Pac. 1001. στοιὰ Eccl. 676, 684, 686. χροιὰ ap. Eurip. Bacch. 457. et alibi. Male igitur, ni fallor, Pors. in Or. 145. pro Aldinâ scripturâ ἅ ἅ σύριγγος ὅπως πνοὰ, ἅ ἅ σύριγγος ὡς πνοιὰ dedit. Versus antitheticus est, ὀλεῖς, εἰ βλέφαρα κινήσεις. Metrum est syzygia dochmiaca Bacchio subjecta. Satis bene sibi respondent syzygiæ dochmiacæ ριγγὸς ὅπως πνοιὰ, et βλέφαρα κινήσεις. πνοιαῖς metro repugnante olim legebatur apud Æsch. Suppl. 142[2].

---

[1] Adde compositum ejusdem formæ προσῄϊξαι. Alcest. 1084. εἴξασιν pro εἴκασιν, κ in ξ de more mutatâ, e Bœotorum dialecto ab Atticis receptam esse docet Ruhnken in l. c.=p. 58.

[2] Nostrum ad Suppl. l. citat et sequitur Well. πνοαὶ ad Androm. l. Pflugk. ad Troad.=893. Seidler. "πνοιαὶ fortasse melius scribitur πνοαί." Quod unice verum esse vel è compositis eatenus arguatur—qualia sunt ἡδύπνοος, μελίπνοος et similia. Ap. Soph. Aj. 416. legitur οὐκ ἔτ' ἀμπνοὰς ἔχοντα. Vide et Dissen. Pind. Ol. VI. 83. πνοῆς metrum postulat ad Orest. 84. quod contra ποίας ad Equit. 606. πόᾳ an ποίᾳ legend. ad Aj. 603.

436. ξυγγνωτὰ scribendum, si vera sunt quæ ad Soph. Œd. T. 361. dixi. Sed apud Euripidem alteram scripturam tantum non ubique exhibent hodierni libri. Quid si statuamus utramque formam apud veteres in usu fuisse? Eodem modo fortasse dirimenda grammaticorum lis de κλαυτὸς et κλαυστός.

460. μὴ ἀμαθεῖ. Quæ hic μὴ 'μαθεῖ habent edd. omnes, infra v. 882. μὴ ἀποτίσασθαι plene scriptum exhibent. Pronuntiandum puto μἀμαθεῖ, μἀποτίσασθαι. Signum elisionis in his locum habere non debet. Nullam enim vocalem in initio vocis elidunt Attici nisi E, eamque tantum in certis quibusdam vocibus. μὴ ἀδικεῖν plene scriptum habet Aldus in Hec. 1249. μὴ ἀντὶ Androm. 809. μὴ ἀδίκει Cycl. 271. μὴ ἀποδέξηται, Hel. 838. μὴ ἀποδώσω Ibid. 1017. Talia in Codd. plerumque plene scripta exhiberi auctor est Valckenarius ad Hipp. 996[3].

471. λύμης. Doricum λύμας in senario manere passi sunt omnes editores. Sic etiam ἑτοῖμα infra, v. 503. In Hel. 595. ubi male vulgo legitur, λύπας ἅλις ἔχων,

---

603. incertus Lobeck. Præter ῥοιὰ aliud est omnino ῥοὴ fluentum, quod occurrit Aj. 419. στοιᾶς quoque ad Acharn. 548. dedit Noster ob. exempla tria in Eccl. Ad Orest. 1311. parum referre credit Pors. an χροιᾷ vel χρόᾳ legatur, hoc vero ob iambum prætulit. χρόας ad Plut. 1031. Dobr. Nostri non oblitus. Consulendus omnino Lobeck. ad Phryn. p. 495. seq.

[3] μὴ 'δικεῖν. Herm. ad Hec. l.=1218, sicut Well. et Scholef. in tribus Eumen. ll. ab Hermanno ibi citatis. μὴ 'δίκει quoque Bothius ad Cycl. l. Vide tamen Well. ad Theb. 387. ubi ἡ 'νοία in textu dedit sed in notis ἡ ἀνοία prætulit "tales enim contractiones voce non litteris exprimendæ sunt." Dobr. Advers. Vol. II. p. 166. ad Ran. 103. "Ceterum ex iis quæ de μἀλλὰ dant Scholiastæ, valde probabilis redditur Elmsleii sententia ad Æd. T. 1388. et ad Heracl. 460. statuentis μὴ ἀπὸ, etc. pronuntiata esse μἀπὸ, etc. Vide et ad Hermanni H. F. 1410. Suppl. 420. Vide Dawes. p. 376. l. 5. ed. K."

λύπας non est genitivus Doricus sed accusativus pluralis ab imperitis librariis invectus[1], ut τὰς συμφορὰς pro τῆς ξυμφορᾶς Suppl. 732.

476. προσθῆτε. Quod de τρόπαιον et τροπαῖον supra dixi ad v. 403. hic de πρόσθητε et προσθῆτε dictum velim. Cum enim fluctuent libri inter hanc et illam scripturam, officium est editoris operam dare, ut saltem eadem προσῳδία ubique exhibeatur. Veteres προσθῆτε et similia προπερισπωμένως dixisse ex analogiâ fere certum est. Antiqua enim forma fuit προσθέητε. Omnes Euripidis editiones προσθῶ habent Iph. A. 540. προσθῇς Alc. 1051. προσθῶμεν Suppl. 948.

476. πρῶτον γὰρ τόδ'. πρῶτον μέν τόδ'. mavult Pors. ad Med. 139, 140. propter particulam γὰρ parvo intervallo bis adhibitam[2].

488. εἰς ἀμήχανα. Sic ἐξ ἀμηχάνων supra. v. 149. Si ἀμήχανον adhibuisset poeta, articulo, ni fallor, addito dixisset, εἰς τἀμήχανον.

496. ἐξαμηχανήσομεν. Verbum nusquam alibi, quod sciam, obvium. Significare videtur, *se ex angustiis et difficultate prudentiâ liberare*[3].

498. αὐτὸς δὲ σῶσαι τήνδε βούλεται χθόνα. βούλεσθαι

---

[1] λύπας vero retinet Pflugk. ad Hel. l. conferens Med. 1107. ἅλις βίοτον εὗρον.

[2] Similiter laborarunt interprett. ad Agam. 546. εὐναὶ γὰρ ἦσαν et sequente versu ἐξ οὐρανοῦ γάρ. Optime autem vulgatam defendit et explicat Wellauer. Duplicem esse hujus constructionis rationem ostendit; interdum enim particula γὰρ repetita duo membra non inter se, sed cum primariâ sententiâ conjungit, interdum ipsa sibi invicem membra. Altera est nostri loci ratio, quem inter plura citat Well.

[3] Hanc vim præpositionis ἐκ satis illustrat Valcken. Diatr. p. 197, ab exemplis ἐξομματόω, ἐξοπλίζω, ἔκδικος.

mavult Reiskius. Non male; sed recte se habere videtur vulgata[4].

505. κίνδυνον αἵρεσθαι. vulg. αἱρεῖσθαι. Vide Steph. Gr. Thes. v. κίνδυνος. Similes sunt νεῖκος ἠράμην infra v. 986. δυσμένειαν ἠράμην v. 991. κοινοὺς αἰρόμενος πόνους Ion. 199. aliæque quamplurimæ. Quoties permutentur αἵρεσθαι et αἱρεῖσθαι, vix quisquam harum litterarum ita expers est ut nesciat. Quo magis miror ap. Æsch. Pers. 481. in omnibus edd. reperiri αἱροῦνται φυγὴν, cum veram scripturam αἵρονται e Rhes. 54. 126. reponere poterint editores. Noster Alex. fr. 9. πόλεμον αἱροῦνται. Hic etiam legendum αἵρονται ex Æsch. Suppl. 346, 448. Fæde depravatus est ejusd. fabulæ v. 957. qui in Codd. ita scriptus exhibetur. ΙΣΘΙΜΕΝ ΤΑΔΗΔΗΠΟΛΕΜΟΝΕΡΕΙΣΘΕΝΕΟΝ. Ubi neque αἱρήσῃ cum Aldo, neque αἱρεῖσθαι cum Robertello, sed αἵρεσθαι legendum videtur. Vide Thuc. I. 80. 82. 118. 125. Bene Græcum esse πόλεμον ἀναιρεῖσθαι docuit Markl. ad Suppl. 492. Sed non ideo evincitur veteres πόλεμον αἱρεῖσθαι dixisse[5].

508 De locutione ἐπεί τοι καὶ. Consulendus Pors. ad Med. 675.

516. ἀλλ' ἐκπεσοῦσα τῆσδ' ἀλητεύσω χθονός; Sive pro futuro accipiatur, sive pro subjunctivo, melius est ἀλητεύσω quam ἀλητεύω. Quamquam ne hoc quidem ma-

---

[4] "Malim cum Reiskio βούλεσθαι." Dobr. Adversar. Vol. I. p. 444. Vide Ibid. Vol. II. p. 102.

[5] Nostrum sequitur Well. ad Æsch. ll.=Eum. 928. Pers. 473. Vide eundem. ad Eum. 161. Hic omnino conferatur Dobr. Adversar. Vol. I. p. 380. in Demosth. Phil. Epist. p. 161. 6. "πόλεμον αἱρεῖσθαι. Suspectum Reiskio in indice. Lego ἄρασθαι. Vide Symmor. p. 178, ult. ἀναιρεῖσθαι probum, ut Symmor. p. 180, 23." Vide eundem Ibid. (Vol. II. p. 22.) ubi de Suppl. V. 957=927. hæc "αἵρεσθαι furatus est, ut videtur, Elmsleius ad Heracl. 505. ex Ed. Rev. XXX. p. 320."

lum, modo pro subjunctivo accipiatur. Noster Phœn. 984. ποῖ δῆτα φεύγω; sed in his locutionibus libentius alterum subjunctivum adhibent Tragici.

517. ἐὰν δή τις λέγῃ. Suspicor particulam δὴ hic locum habere non debere.

530. καὶ στεμματοῦτε, καὶ κατάρχεσθ', εἰ δοκεῖ. Consulto, necne, hunc versum prætermiserit Pors. in præclarâ illâ de quinto pede tragici senarii disputatione equidem nescio. Noster Phœn. 576. πῶς δ' αὖ κατάρξεις θυμάτων, ἑλὼν πάτραν; Ita Codd. fere omnes. Quæ scriptura si recte se haberet, facile de numero versuum canoni Porsoniano adversantium eximi posset noster versus, legendo, καὶ κατάρχετ', εἰ δοκεῖ. Sed mediam formam, quam in Phœnissis habent edd. omnes, hâc significatione unice veram esse docuit Valckenarius[1].

544. ἐνδικώτερον. al. ἐνδικωτέρως. Adverbia comparativi gradus plerumque in ΟΝ desinunt, superlativi in Α, ut ἐνδίκως, ἐνδικώτερον, ἐνδικώτατα. Noster El. 224. ἐνδικώτερον. Or. 1513. ἐνδικώτατ'. Rarissime apud Atticos poetas hæc vel illa in ΩΣ terminantur. Apud Æschylum, si bene memini, nusquam nisi in Prom. 630. ex meâ emendatione, quam non magni facio, μή μου προκήδου μασσόνως ἢ 'μοὶ γλυκύ. μειόνως habet Soph. Œd. Col. 104. Ξυντομωτάτως idem ibid. 1579. ubi ξυντομώτατος exhibet Scholiastes. προυνουστέρως (sic) ex Aj. 119. citat Photius, ubi recte vulgo legitur προνούστερος. μειζόνως Noster Hec. 1121. et incertus Rhes. 849. In Rheso malim μείζονα, quod etiam in Hec. non male reponi posset. Sed ut Herodotum taceam, apud quem haud raro legitur μεζόνως, μειζόνως habet Thucyd. I. 130.

---

[1] Hic sibi conferendus est Noster ad Aj. 1100. Mus. Crit. I. 478.

δυστηνοτάτως pro *δυστηνότατος* in Suppl. 967. legendum conjiciunt Reiskius et Marklandus. Lego, *δυστανοτάταν*. *σωφρονεστέρως* Iph. A. 379. ex Stobæo reposuit Markl. *εὐλαβεστέρως* in Iph. T. 1375. edd. omnes. *εὐρυτέρως* Aristoph. Lys. 319[2]. In his æque metro convenirent *σωφρονέστερον, εὐλαβέστερον, εὐρύτερον*. *ἐνδεεστέρως*, Thucyd. II. 35. Nostro loco non male legeretur *ἐνδικώτερ' ἄν*. Apud Soph. El. 800. *κατάξι' ἄν* pro *καταξίως* primus reposuit Bothius. In Soph. El. *κατάξι' ἄν* in *κατάξια* solenni errore mutatum est, postea *κατάξια* in *καταξίως*. Vide omnino Œd. Col. 911.

ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως,
οὔ θ' ὧν πέφυκας αὐτὸς, οὔτε σῆς χθονός.

Satisne Græce hoc dictum? ego certe malim *κατάξια*. Sed vereor ut recte nostro loco *ἐνδικώτερον* pro *ἐνδικωτέρως* reposuerim. Plura enim, quam putaram, hujus formæ adverbia apud Atticos scriptores reperi. [Viginta deinde subjecit exempla noster, quæ indicat Atticista Anonymus[3].]

559. *ἀλλ' ἐλευθέρως θάνω*. *θάνω* futurum est modi indicativi, quod alibi non inveni. MUSGRAVIUS. *θάνω*

---

[2] Qu. 419.

[3] Cf. de plurali formâ Nostr. Ach. 193. Dobr. Plut. 993. Ad Prom. 632. *μᾶσσον ὡς* exhibent Scholef. et Well. quem vide. Ad Œd. Col. 1579. *ξυντομώτατον* conjecit noster, ubi plura de hâc re notavit. Ad Thucyd. I. 130. "Tales adverbiorum comparativi," inquit Poppo in Commentario, "qui olim viris doctis rarissimi visi, et sæpe immutati sunt, sæpius apud Thuc. leguntur." Plura deinde his nostri exemplis subjecit ex Atticorum scriptis. "In comparativis," inquit Dobræus (Advers. Vol. II. p. 49), "neutro singulari utuntur; in superlativis neutro plurali. Dicunt utique *δεινῶς, δεινότερον, δεινότατα*. Non dixissent *ἀθεωτάτως* pro *ἀθεώτατα*, nisi per licentiam." Vide eundem infra p. 208. ad Pac. 514.

subjunctivus est, ut alibi passim. Si puella dixisset, ἀλλ' ἐλευθέρως θάνωμεν, nemo de significatione dubitasset. Subjunctivi primam personam pluralem eo sensu quo Anglice dicitur *Let us die* passim occurrere nemo nescit. Rarius, nec tamen valde raro, adhibetur prima persona singularis eâ significatione quâ dicunt nostrates *Let me die*. Pluraliter Soph. Phil. 539. ἐπίσχετον, μάθωμεν. Singulariter Noster Hipp. 567. ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω. Ibid. 1354. σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω. In Med. 1275. verba παρέλθω δόμους sine interrogatione recte exhibent edd. pleræque. In Androm. 844. metri caussâ legendum, ἀπόδος, ἀνταίαν ἐρείσω πλαγάν. Nos, *Let me give myself a mortal wound.* Herc. 1059. σῖγα, πνοὰς μάθω. φέρε πρὸς οὖς βάλω. Plerumque præmittitur φέρε aut ἄγε, ut apud Soph. Phil. 1452. φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω. Ubi subjunctivum καλέσω pro futuro, quod Atticis est καλῶ, accipiunt omnes interpretes. Dicitur etiam μὴ θάνω, *ne sinas me mori.* Exempla dant Soph. Œd. Col. 174. Trach. 804. Eur. Tro. 172. Herc. 1399. Ceterum solennis est locutio ἐλευθέρως θανεῖν, *mori ut liberum decet.* Noster Or. 1169. ὃν οὐ καταισχυνῶ, Δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ' ἐλευθέρως Ψυχὴν ἀφήσω. Archelao Fr. 4. ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείας ποτὲ Ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς, παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως. Quæ loca affero, ut eorum auctoritate utar in emendandâ vulgatâ scripturâ in Hec. 660. ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα (l. ἐλευθέρως) θάνω, Πρὸς θεῶν, μεθέντες, κτείνατ'. Permutantur ἐλεύθεροι et ἐλευθέρως in Hipp. 421[1].

---

[1] Cf. Matth. Gr. Gr. § 516. Wunder. ad Phil. vv. 531, 1074. Buttman. ad Philoct. 1452. Qui verissima hæc nostri habet; vide ejus annot. Addas quoque Valcken. Hipp. 567. Nostr. ad Med. 1242. Pflugk. ad Andr. 844. Nostr. ad Œd. Col. 174. ubi Hermanni verba citat "prima conjunctivi sæpe sic usurpatur,

565. σὺ δ' ἀλλὰ τοῦδε χρῆζε. Vim particulæ ἀλλὰ in hâc locutione non debent negligere tirones. Significat, εἰ μὴ τοῦτο δρᾶν θέλεις. Anglice verte, *then*.

575. δίδασκέ μοι Τοιούσδε τούσδε παῖδας εἰς τὸ πᾶν σοφοὺς, Ὥσπερ σύ. De locutione δίδασκε σοφοὺς, *Redde sapientes*, consulendi in primis Bentleius Epist. ad Millium p. 18. et Valcken. Diatr. p. 205. Crocodilum δεδιδαγμένον εἶναι χειροήθεα memorat Herod. II. 69. Vide an εἶναι librariorum additamentum sit. Nostro loco ordo verborum paullo intricatior est, et ita fortasse explicandus: καὶ δίδασκέ μοι τούσδε παῖδας, τοιούτους σοφοὺς εἰς τὸ πᾶν ὥσπερ σύ. Vel post παῖδας cum Musgr. interpungendum, quasi τοιούτους *tales quales dicam* significet[2].

---

usurpatur, ut admonitio ad secundam spectet." Ad Troad. 174. paullo durior est ratio verborum ἐπ' ἄλγεσι δ' ἀλγυνθῶ: μὴ scilicet e v. 171. repetitâ, idque mutatâ significatione. "Non nisi aptissima exempla, ait Seidler. huic constructionis formæ fidem poterunt conciliare. Equidem, probante Herm. et Schæf. post ἀλγυνθῶ apposui interrogationis notam." Audiendus denique Dobr. ad Plut. 965. φέρε νυν ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά. ubi in notis hæc—"Solœcum esse suspicor καλῶ post φέρε, sive pro futuro, sive pro præsente subjunctivi capiatur." Sed in Addendis Idem, laudato Elmsleio, "quæ de præsente subjunctivi dixi, indicta velim. Vesp. 901. φέρε νυν ἅμα τήνδ' ἐγχεάμενος κἀγὼ ῥοφῶ. Ib. 984. φέρε νυν σε τῃδὶ τὴν ταχίστην περιάγω. Ib. 1488. φέρε νυν ἀνείπω, κἀνταγωνιστὰς καλῶ." Plura vide de h. l. ap. Adversar. Vol. II. p. 146. Hecubæ versum quem supra notat Noster frustra quæres, locus est in v. 550 = 546. in Hermanni nuperr. editione, qui ἐλευθέρα, potius quam ἐλευθέρως cum Nostro, sententiam postulare credit. De nostro versu "Mendosus proculdubio est locus," inquit Dobræus, Adversar. Vol. II. p. 102. "Nunc malim ἐλεύθερος θανεῖ, scil. μιάσματος vel ἄγους. Æsch. Eum. 324. Θανων δ' οὐκ ἄγαν 'ΕΛΕΥΘΕΡΟΣ. Idem Suppl. 410. Vide Hippol. 1450."

[2] De usu verbi διδάσκειν vide Stallb. ad Plat. Protag. p. 76.

595. οὐκ οἶδα πῇ τις τρέπεται Stobæus: Omnino retinendum ὅποι. Cf. Æsch. Pers. 459. Eur. Hec. 1099. Med. 359. Ib. 502. Hipp. 1066. Alc. 946. Bacch. 1363. Cycl. 308. Heracl. 441. Rhes. 871. Aristoph. Ach. 207. Thesm. 603. Ran. 296. Plut. 374. Vulgo quidem legitur ὅπῃ τράπωμαι apud nostrum Or. 634. et ὅπῃ τραπόμενος v. 721. Sed recte ὅποι utrobique præbent codd. nonnulli. Legendum etiam ὅποι τράπωμαι apud Æsch. Agam. 1541. ποῖ τις τράποιτ' ἄν Choeph. 408. Vulgo ὅπα et πᾶ. Sic *quo me vertam* non *qua me vertam* dicunt Latini. Quod de ποῖ τρέψομαι dixi, etiam de ποῖ φεύξομαι dictum velim[1].

601. Ἦ σὸν κατῆρκται σῶμα. Non *initiatum est*, sed *initiavit* Barnes. Vix quisquam hodie in literis Græcis adeo hospes est, ut nesciat verba media et passiva, paucissimis exceptis, eandem prorsus παρακειμένου formam habere. εἴργασται e. g. utrumque significat, *fecit* et *factum est*. Barnesii emendationi nonnihil ponderis

---

p. 76. de constructione nostri loci pauca Dobr. Adversar. Vol. I. p. 436. ubi contulit Av. 1132. τίνες ᾠκοδόμησαν αὐτὸ τηλικουτονί;

[1] Ad Choeph. l. Well. hæc "ποῖ vult Elmsl. ad Heracl. 595. sine causâ, vide Herm. ad Herc. F. 1236. Stallb. ad Plat. Phileb. 92." Ad. Agam. l. = 1510. "ὅποι Elmsleius ad Heracl. 595. ut opinor, citra necessitatem. ὅποι est *quonam*, *whither*, ὅπα est *quanam*, *which way*." Blomf. Ibi plura et de Herm. Annot. in Herc. F. l. et de Pors. ad Hecub. 1070. quorum neuter viro docto satis placet. Ad. Pluti l. quo solet acumine Hermannum ad Aj. 904. refutavit Dobræus. ποῖ τις τράποιτο, inquit ille, rem præteritam, ποῖ τις ἄν τράποιτο rem futuram significat, idque e Pluti versu male edito frustra confirmare tentat. "Nego adhuc satis probatum," Dobræi verba sunt, "in his formulis ἄν unquam omisisse Tragicos, nisi forte, de quo ipso valde dubito, in melicis; multo minus comicos." Sed vide V. D. ap. Adversar. Vol. II. p. 265.

accedit ex Iph. T. 1320. ubi cùm olim legeretur ὃν τοῖσδε βώμοις θεᾷ καθωσιώσατο, θεὰ ex codd. reposuit Markl. Hanc igitur scripturam admisissem, si certum esset κατῆρκται transitivum cum accusativo σῶμα conjungi posse. Nam verba sacrificandi κατάρχεσθαι et ἀπάρχεσθαι genitivum postulare videntur. Ita noster Phœn. 576. κατάρξει θυμάτων, ad quem locum consulendus omnino Valcken. Vulgatam igitur scripturam non mutavi (ῇ). Passivum est ἐνῆρκται in El. 1142. εἴργασται activo sensu usurpant Soph. Œd. T. 287. Aj. 22. Eurip. Hec. 264. Hipp. 794. Iph. A. 468. Passivo Æsch. Agam. 362. Eur. Hec. 1085. Or. 284. 599. In Med. 293. Hel. 109. significatio ambigua est. Cf. omnino Hec. 1195. 1533[2].

615. Quod alibi monui, hic iterum moneo, post οὔτε et μήτε sæpe apud Tragicos adhiberi οὐ et μή.

622. πρό τ' ἀδελφῶν notandum pro πρὸ ἀδελφῶν τε. Ita Æsch. Theb. 30. ἀλλ' εἴς τ' ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμάτων Ὁρμᾶσθε πάντες. Suppl. 982. Noster Hipp. 205. Herodot. I. 106. Ib. 154. V. 5. Thuc. I. 49. Ib. 54. Ib. 56. Ib. 118. Plura exempla indicavi ad Markl. Iph. A. 508[3]. Quod ibi monui, apud Soph. Œd. T. 541. non fuisse sollicitandum ἄνευ τε, quod etiam de Æsch. Pers. 609. monitum velim, Herodoti auctoritate confirmare possim, apud quem ter minimum legitur ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης, I. 69. VIII. 140. IX. 7. Idem VII. 184. ἄνευ τε τῆς θεραπηΐης[4].

---

[2] εἴργασται apud Sophoclem *semper* activam habere significationem statuit Lobeck. ad Aj. 22. allatis Œd. T. 287. 347. Col. 825. 1311. Tract. 748. Phil. 1172. Antig. 426.

[3] Vide Well. ad Pr. Vinc. 42. Theb. 630. Pers. 599. et ad Theb. 544. de particulâ δὲ similiter transpositâ. Cf. et Dobr. Advers. Vol. I. p. 423. Ibid. Vol. II. pp. 65. 79. 138.

[4] Vide plura de his particulis ἄνευ τε apud nos Œd. T. 541.

634. ξυνειχόμην: al. συνεσχόμην. Aoristum ἐσχόμην nunquam passivâ significatione usurpare videntur Attici. Recte κατείχετο pro κατέσχετο apud nostrum Hipp. 27. reposuit Monkius. Passim permutantur εἰχόμην et ἐσχόμην, εἰπόμην et ἑσπόμην. Aoristum passivum ἐσχέθην in genuinis tragicorum scriptis vel non reperi, vel repertum enotare neglexi. Bis occurrit in Commeliniano Danaes fragmento, quod spurium esse alibi monui. v. 6. σχεθείς. v. 27. κατασχεθεὶς. In eodem fragmento v. 44. legitur passivum τεχθὲν Tragicis prorsus ignotum[1].

640. νῷν σωτὴρ βλάβης. al. σωτὴρ νῷν. σωτήρ νῴν metro non repugnat. Sed νῴν encliticum non agnoscunt grammatici. νῷν σωτὴρ Pors. Præf. ad Hec. p. xxxiv[2].

649. σε χρῆν al. σ' ἐχρῆν. Tametsi non desunt versus, in quibus ex necessitate legatur ἐχρῆν, hoc præteritum libentius sine augmento usurpasse Atticos existimo. Aristoph. Plut. 586. κοτίνου στεφάνῳ; καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει. Longe numerosior erit versus, si leges, μᾶλλον χρῆν. In utroque enim metri anapæstici genere plerumque, non autem semper, caverunt comici, ne tertiæ dactyli syllabæ subjiceretur ultima vocabuli syllaba, aut monosyllaba vox quæ in initio versus stare non posset. Præter versum modo emendatum, quater hanc regulam violavit Aristoph. in Pluto secundum ed. Brunckianam. v. 499. οὔτις. ἐγώ

[1] Huc quodammodo pertinet quod ad Choeph. 735. Blomf. dixit de formis ἠνειχόμην et ἠνεσχόμην, illam scilicet ferè *passus sum* significare, hanc potius usurpari de calamitate patienter tolerandâ. Vide tamen annon sua sibi exempla hanc distinctionem satis tollant. Dobr. ad Trach. 1476. (Adversar. Vol. II. p. 42.) "εἰπόμην e Schol. Aj. 318. pro *solæco* ἑσπ'. Elmsleius Heracl. 634."

[2] Contulit hic Dindorfius Hermanni Elem. Metr. p. 116.

σοι. κ.τ.λ. veram scripturam indicavit Hemsterh. οὐδεὶς ἂν. ἐγὼ. κ.τ.λ. v. 511. οὔτε τέχνην ἄν. κ.τ.ε. v. 588. φειδόμενος γὰρ καὶ βουλόμενος—Malim, εἰ φειδόμενος καὶ βαλόμενος. v. 613. νὴ Δί', ἔγωγ' οὖν ἐθέλω πλουτῶν. De quo versu plura dicam alias[3].

651. Unus est hic de septem versibus apud Euripidem, qui a particula ἦ τᾶρα pro ἤτοι ἄρα per crasin adhibitis incipiant. Vide Hippol. 480. 1028. Alc. 645. 735. Iph. A. 1189. Fragm. Incert. 3. Consulendus omnino Valcken. ad Hippol. 480. Diatr. p. 188. His adde Æsch. Theb. 676. ἦ δῆτ' ἂν εἴη. Soph. Ant. 484. ἦ νῦν ἐγὼ μὲν. Utrobique scribendum videtur ἦ τἆρ' Thucyd. v. 100. ἦ που ἄρα κ.τ.λ. lege ἦ τᾶρα[4].

661. ἀτὰρ τί χώρᾳ τῇδε προσβαλὼν πόδα, Ποῦ νῦν ἄπεστι; Post Reiskium interpungit Musgr. ἀτὰρ τί; optime, si modo Græcum sit ἀτὰρ τί ita adhibitum. Cujus locutionis exempla apud tragicos frustra quæsivi. Unum, quod erat in Hec. 671. aliter interpungendo sustulit Porsonus[5].

681. ὡς ἔοιγμεν: ὡς ἔοικε Barnes. in margine, *ut convenit* in interpretatione. Quâ significatione ὡς εἰκός ἐστι, ni fallor, vel aliquid ejusmodi, dixisset Euripides.

---

[3] Citat hæc Nostri Dobr. Aristophanic. de *insolentiori*, quam vocat, *cæsura*, non tamen emendationes in ll. recipere ausus. Idem in h. l. (Adversar. Vol. II. p. 103) "Lege χρὴ, et mox 646. (= 651) ἦτ' ἆρ'—alioquin."

[4] Utrobique in Hippol. ἦ τ' ἄρ', scribendum contendit Monkius, idem quoque diserte facit in Alcest. ll. Hermannus ad Iph. A. l. οὐτἄρ' interrogative edidit. Vide omnino Lobeck. ad Aj. 534.

[5] "Insolens ratio est, quam scholiastes commendat, ut interpungatur post ἀτὰρ τί;"—ita Herman. ad Hec. l. = 659. Nostrum respiciens.

Homericum enim ἔοικε, *decet, convenit,* ab Attico sermone alienum est[1].

689. ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ' ἀριθμὸν: al. ἀλλ' οὖν μαχοῦμ' ἀριθμὸν[2]. Post particulas ἀλλ' οὖν uno alterove vocabulo interposito plerumque adhiberi γε monui ad Prom. 1070. Edinb. Rev. XVII. p. 242.

693. ὡς μὴ μενοῦντα, τἆλλά σοι λέγειν πάρα. μενοῦντα accusativus absolutus est, pro μενοῦντος. Ita noster Phœn. 1469. Ion. 964. Inc. Rhes. 144. Quibus adde Soph. Œd. T. 101. Œd. C. 380. ubi αἷμα et Ἄργος accusativi sunt. Alexis ap. Athen. p. 104. D. Thuc. VIII. 66. Lysias Epitaphio p. 131. ed. Reisk. Hinc fortasse emendandus noster Alc. 1121. Γοργόν' ὡς καρατόμῳ. Vide an legendum, Γοργόν' ὡς καράτομον subaudito οὖσαν. Inter genitivum et accusativum absolutum hoc fere interesse videtur, quod genitivus ipsam rem, accusativus alicujus de eâ sententiam exprimit. Æschines in Timarch. p. 48. ed. Reisk. Soph. El. 881. Sic etiam explicanda loca in annotatione meâ allegata, præter locum ex Alcestide, quem nunc ita explico. Ad ea quæ dixerat Hercules τόλμα προτείνειν χεῖρα, καὶ θιγεῖν ξένης, respondere debuit Admetus, καὶ μὴν προτείνω (χεῖρα), ὡς Γοργόνος καρατόμου (θιξόμενος). Quâ significatione non male se habet accusativus Γοργόν' ὡς καράτομον. Non raro enim fit transitus a genitivo aut dativo ad accusativum. Soph. Ant. 857. Aj. 870. Æsch. Agam. 1104. Ceterum hic locus, ubi vulgo eliditur I dativi singularis,

---

[1] Cf. Dobr. Adversar. in l. Vol. II. p. 103.

[2] Hic quoque Dobræus. "Lege ἀλλ' οὖν μαχούμεθ' ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσονες. *Well, but I shall fill up the ranks as well as ever.* ἀριθμὸς de uno infra 992. Herodot. II. 6. Voci autem subest notio vilipendendi, ut 992. Troad. 478. Aristoph. Nub. 1205 (1185)."

commodam præbet occasionem de istâ elisione disserendi. Exempla quæ apud Tragicos reperi singillatim examinabo.

I. Æsch. Suppl. 7. οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίᾳ Ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι. Recte Tyrwh. δημηλασίαν. οὔτιν' igitur accusativus est.

II. Pers. 917. ἐσιδόντ' accusativus. Transitus ab alio casu ad accusativum sæpissime in participiis locum habet. Consulantur interpretes ad sequentia tragicorum loca, quæ in discipulorum gratiam apponam. Agam. 1619. Choeph. 408. Soph. El. 479. Eur. Med. 814. El. 1250.

III. Soph. Œd. Col. 1436. θανόντ' pro accusativo accipi posse satis ostendunt superiora. Deinde legendum, με ζῶντά γ' (in sequentibus.)

IV. Trach. 676. Lego ἀργῆτ' οἰὸς εὐέρου πόκον.

V. Aj. 108. πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης. Dativum quidem in simili locutione usurpat Æsch. Prom. 15. Aristoph. Thesm. 939. Sed δήσαντες πρὸς τὸν κίονα dixit Æsch. in Timarch. p. 83.

VI. Aj. 1006. Sive μοι, quod malim, sive με legas, ἀρήξαντ' accusativus est.

VII. Eurip. Hec. 912. κηλῖδ' οἰκτροτάταν e membr. Paris. aliisque codd. nonnullis primus edidit Musgravius.

VIII. Iph. A. 808. ἐμπέπτωκ'—Ἑλλάδ', (Ἑλλάδι γ' Aldus.), ἐμπίπτειν accusativum adsciscit apud Soph. Œd. Col. 942. Ita προσπίπτω σοι et προσπίπτω σε dictum est, ἐπιστρατεύω πόλει et ἐπιστρατεύω πόλιν, λέγω σοι et λέγω σε. Hoc habet Œd. Col. 1402. φωνῆσαί τινα.

IX. Ion. 433. προσήκοντ'. Vide ad Persarum locum. Plura non reperi. Nisi his difficiliora sunt ea quæ me fugerunt, non video quid obstet quo minus statuamus

tragicos literam ι. in dativo singulari nunquam elisisse. De dativo plurali nulla controversia est[1].

706. γνωσιμαχεῖν. Ter apud Herodot. occurrit III. 25. VII. 130. VIII. 29. Bis tantum apud Atticos poetas. Alter locus est Aristoph. Av. 555. κἂν μὲν μὴ φῇ, μηδ' ἐθελήσῃ, μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ. Idem valent verba γίγνωσκε

---

[1] Ut chartæ et tempori parcam hanc præclaram Nostri annotationem breviatam exhibui; cui breviter subjiciam quid alii quoque critici in hanc partem statuerint. Imprimis. "Omnino legerim μενοῦντος," inquit Blomf. ad Agam. 1394. "etiam post Elmsleii annotationem." Accusativi autem, quod aiunt, absoluti exemplorum abunde suppeditat Bothius (Poetæ Scenici) in Indice Eurip. Contulit eodem Pflugk. Wyttenb. Plut. Vol. VI. p. 139. Matth. Gr. Gr. 568. 3. Rost. § 131. 4. Enallagen casus quod attinet auctoritati sit Aristoph. Plut. 286. οὕτως γάρ ἐστι πλουσίους ἡμῖν ἅπασιν εἶναι ubi accusativum optime vindicat Dobræus. Adde ap. Plat. Sympos. exemplum p. 33. οὔτε ἄλλῳ συμβουλεύσαιμι, ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας quam locutionem aliis ap. Plat. locis confirmat satis Stallb. Confert quoque Soph. El. 480. ὕπεστί μοι θράσος, ἀδυπνόων κλύουσαν ἀρτιώς ὀνειράτων. Ad Pers. l. c. ἐσιδοντ' pro accusativo e Nostri sententiâ habent Blomf. Well. et Scholef. Ille quidem eodem rettulit Prom. 225. et Agam. 1022. Hi vero non ita.

De (ι) dativi elidendo plura addit noster ad Œd. Col. 1435. Qui admittendam, etsi parcius, elisionem arguunt hi fere sunt. Matthiæus, Hermannus, Pors. (Suppl. Præf. Hec.) Schæfer. Boeckius. Quorum auctoritate fretus Bothius ad Alc. l. c. Γοργον' pro Γοργονι accipiendum putat, quod et Monkius quoque, qui etsi certior nostrum impugnat, ipse tamen "raram esse apud Atticos elisionem" fatetur, et ad Hipp. 221. "perraro fieri, sexties tantum in omnibus Tragicorum relliquiis" monet. Eodem modo videbimus quâtenus ii ipsi, qui pro fautoribus hujus licentiæ vulgo proferuntur, ei revera favent. Imprimis Porsonus, qui in Hec. Præfat. pro rariori, vel ut minimum, elisione admittendam esse concedit, ad Orest. 584. Ἀπόλλων pro corrupto Ἀπόλλων' vindicat.

δ' ἀλκὴν apud nostrum Hec. 227. Plura dabunt viri docti ad Thomam Magistrum pp. 193, 194.

721. φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖσδε συγκρύπτων δέμας. Noster Iph. T. 245. Tro. 456. Aristoph. Eccl. 118. Comicus Incertus apud Photium. Quæ loca sufficient, opinor, ad vulgatam nostri loci scripturam confirmandam. De locutione οὐκ ἂν φθάνοις multa habet Herm. ad Viger. p. 746. Versus noster, ut recte monet Brunck. ad Plut. 1133. significat, ταχέως τοῖσδε σύγκρυπτε δέμας. Latinè, *oportet te quam primum ea induere.* Anglice, *You have no time to lose in putting on the armour.* Vel, si mavis, *You cannot make too much haste.* Verborum οὐκ ἂν φθάνοις verus est sensus, ni fallor, *non prævenies occasionem.* Dicitur οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύπτων, ut οὐκ ἂν κάμοιμι εὐεργετῶν et similia. Pro eo autem quod dixit poeta, οὐκ ἂν φθάνοις ἂν συγκρύπτων, solœcum, ni fallor, esset οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύψας. Nam partici-

---

dicat, sicut ibid. 1427. πόδα pro ποδί ad Hec. 1054. Scholefield. quoque, quamvis ad Hec. Præfat. et ad Pers. 855. de elisione (ι) cum Porsono non timet, tamen ad Suppl. locum δημηλασίαν edidit, notans "(ι) in οὔτινι *male* elidi." Wellauer. ibi et ad Agam. 1208. cum Nostro vocalem nunquam elidi vult, quod et Lobeck. ad Aj. 801. Hermannus denique ad Hec. 890. κηλῖδ' οικτροτάταν cum Nostro recepit ut elisio vitetur, et ad Iph. A. 815. "elisionem valde suspectam" habet, et admittit correctionem quam Noster serius ad Med. 93. proposuit, nempe οὐκ ἄνευ θεῶν τινός. Præter hos videndus Dobr. ad Plut. 689. ubi aliorum sententias congessit, de suâ nihil certum statuit. Schneider. De Trag. Dial. p. 300. non credit, "Tragicos prorsus ab elisione abstinuisse, cum epicos haberent magistros, rarius tamen eâ uti nec sine altero dativo addito, quo ille intelligatur et ambiguitas evitetur." Breviter hanc rem tetigit Wuestemann. ad Theocr. Id. VIII. 51. et Dissenius Pind. Oly. IX. 112. Dobræus iterum Adversar. Vol. II. p. 56.

pium præsentis temporis semper adhibitum reperio. Ita apud Herodot. VII. 162. apud Eurip. Or. 935. Ib. 939. Ib. 1551. Alc. 665. Arist. Plut. 485. Ib. 874. Ib. 1133. Consulendus Piersonus ad Herodianum p. 452[1].

722. ἁγὼν. al. ἀγών. al. ὠ 'γών. al. οὑ 'γών. Hodie nemo nescit neque ὡ 'γὼν neque οὑ 'γὼν ex ὁ ἀγὼν fieri sed ἁγὼν.

743. οἶος: οἶος tacite Barnes. Sed οἶος *solus* nusquam, quod sciam, apud Euripidem legitur, semel apud Soph. Aj. 750[2].

752. ἰαχήσατε. Secundum producit, et ἰαχεῖ infra v. 782. Plura exempla dabunt Heathius ad nostrum locum, et Markl. ad Iph. A. 1036. Dixi ad Soph.

---

[1] Cf. Schweigh. Lex. s. v. φθάνειν. Gaisf. Annot. ad Herod. VII. 162. Item Scholef. ad Orest. 925. Monk. his Nostri alia addidit exempla, quibus adjicias quoque οὐκ ἂν ἔφθης germano sensu, Nub. 1384. Breviter hanc formulam tetigit quoque Seidler. Tro. 471. Stallbaum. ap. Plat. Phæd. p. 157. ubi interrogative sumptum voluit. Id vero non fieri posse cum Blomfieldio statuit Scholef. ad Pors. Orest. 925. Rariori sensu usurpatum ἂν φθάσῃ, vide Antholog. Epigr. Jacobsii. p. 189. Moneo denique hanc locutionem οὐκ ἂν φθάνοις Æschylo, et, ni fallor, Sophocli quoque ignotam esse. Quod ad συγκρύπτειν attinet hæc Dobr. Advers. Vol. II. p. 103. "non dici puto, nisi de *secreto* occultando, ut Euripides et Demosth. F. Leg. 419, 15. Vel certe si de *corpore*, etc. *tegendo* usurpari posset, συγκρύπτειν πέπλοις, etc. = ἐγκαλύπτειν. *To cover* UP. Sic συγκαλύπτειν de quo Dawesius p. 209. ed. Cant. Malim igitur σὸν κρύπτων δέμας, ut 819. et sæpe."

[2] Ad. Agam. 129. οἶον Ald. Turn. Pauw. Pors. i. e. *Tantum*—"quo sensu nusquam ponitur," inquit Blomf. Contra οἶον recepit Well. "quamquam alibi hac significatione (μόνον, *tantum*) non legitur, sensus enim postulat." οἶον vero Scholef. restituit. Ad Hel. 179. Νύμφα τις οἷα Ναῒς edidit Bothius, et interpretatur, *sola, deserta*; ibi vero Pflugk. melius, ut videtur, οἷα revocavit.

Œd. T. 1222. secundam in ἰαχὴ et ἰαχεῖν communem esse, neque quidquam caussæ esse cur scriberetur ἰακχὴ et ἰακχεῖν. Postea vero suspicio mihi oborta est, ἰαχὴ et ἰαχεῖν mediâ correptâ e Doricis ἀχὰ et ἀχεῖν, interdum etiam ex Atticis ἠχὴ et ἠχεῖν, librariorum errore nata esse. Quam suspicionem minime absurdam esse ostendent sequentia tragicorum loca.

I. Æsch. Theb. 873. Ἐριννύος Ἰαχεῖν, ἀΐδᾳ. Numerosius esset ἀχεῖν, præcedente scilicet dactylo. Cf. Ion. 883. Scripsit autem Æschylus, ni fallor, ἠχεῖν et Ἀΐδῃ. Ἀΐδῃ Blomfieldius.

II. Soph. Trach. 643. ἰαχῶν (sic) Nemo non videt metro convenientius esse ἀχῶν.

III. Eur. Med. 149. ἰαχὰν. Hic etiam antistroph. versui melius respondet ἀχὰν quam ἰαχάν.

IV. Phœn. 1047. ἰαχά τ' lege Ἀχά τ'.

V. Ibid. 1302. ἰαχήσω Dochmiacum efficies satis justum legendo ἀχήσω. Sed recte se habere videtur ἰαχήσω secundâ productâ, etsi non optime respondet Ἐριννύων.

VI. Hippol. 584. ἰαχὰν μὲν κλύω. Syzygia est dochmiaca. Vel legendum ἀχὰν, vel delendum μὲν quod sine ullo incommodo abesse potest.

VII. Iph. A. 1045. Μελῳδοὶ, Θέτιν ἰαχήμασι. Cf. Ib. 1067. Malim, Μελῳδοῖς Θέτιν ἀχήμασι. Plura congerere supersedeo. Aoristus autem ἴαχον, quod aliquoties apud Atticos poetas occurrit, mediam, ni fallor, semper corripit, neque unquam ab iis extra modum indicativum usurpatur. Apud nostrum El. 707. pro ἰάχει malim ἴαχεν primâ et secundâ brevi. Noster Hel. 1161. καὶ ἰαχὴ σὴ καθ' Ἑλλανίαν. In quo versu ἰαχὴ non solum secundam corripere videtur, verum etiam primam singulari exemplo producere. Latent, ni fallor,

sub litteris καὶ ἰαχὴ σὴ verba καίτοι κέκλησαι. Confer v. 993[1].

753. καὶ παρὰ θρόνον ἀρχέταν[2]. Vocabulum ἀρχέτας, quod ἅπαξ ἁπλῶς λεγόμενον vocat Barnesius, legitur etiam in El. 1149. monente Musgr. Dicitur θρόνον ἀρχέταν ut τύραννον δῶμα Hippol. 343. τύραννον ἑστίαν Androm. 3. Nota autem in hoc versu postremam vocabuli syllabam positione productam ante mutam et liquidam. Quod ne in melicis quidem sæpe fit. Sic ὑπὸ πλάκα Soph. Aj. 1220. κατά τε δρία Trach. 1014.

754. Cf. v. 511. Utrobique ἐν *apud* significat, ut passim apud Tragicos. Usitatior locutio esset παρ' Ἀθάνᾳ[3].

757. Minime silentio prætereundum ὑποδεχθεὶς activo sensu pro ὑποδεξάμενος adhibitum. Satis scio haud raro permutari κοσμησάμενος et κοσμηθεὶς, στεφανωσάμενος et στεφανωθεὶς, et similia. Sed in verbis hujus generis nihil inter mediam, quam vocant, et passivam formam interest, nisi quod στεφανωσάμενος verbi caussâ, *a se coronatus*, στεφανωθεὶς *ab alio coronatus* plerumque significat. Longe rarius permutantur aoristi verborum quorum

---

[1] Ex exemplis quæ dedit Noster, vide Well. ad Theb. 1=850. cujus verba sunt "Elmsl. ἰαχεῖν secundam producere frustra demonstrare conatur, ipse suis exemplis refutatus." Monk. Ad Hippol. l. = 582. "Paullo numerosius esset κλύω μὲν ἰαχάν." Herman. Ad Iph. A. = 1052. "Recepi Elmsleii emendationem." Ad Hel. = 1147. Pflugkio magis placet Matthiæi conjectura καὶ ἰαχὴ σέθεν qui et in notis, "etiamsi mediam syllabam vocabuli ἰαχὴ produci posse dederis, idem tamen de primâ concedi non potest."

[2] "Qu. ἀρχέλαν ut Elect. 1153." Dobr. Adversar. in l. Idem ibid. p. 147. ad Plut. v. 1020. (δραχμὰς priore productâ) exemplorum congeriem dedit; alia porro ib. p. 296.

[3] Cf. Bernhardy. Syntax. p. 208. Contulit quoque Dindorf. Schæf. ad Gregor. Cor. p. 46.

aoristus activus nullus sit, medius autem sensum habeat verè activum[4].

758. κίνδυνον τεμεῖν. Hanc locutionem alibi non reperi[5].

778. κεύθει. κεύθεται non est Græcum. Hujus enim verbi sola activa forma usurpatur.

782. ὀλολύγματα. Cf. Xenoph. Anab. IV. 3. 19. allegatum a Blomf. ad Æsch. Theb. 254. ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται, καὶ ἀνηλάλαζον, ξυνωλόλυζον δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι. Interdum καταχρηστικῶς de viris dicitur ὀλολύζειν. Vide Æsch. Agam. 604. Aristoph. Eq. 616. 1327. Pac. 97. Hoc autem differunt ὀλολύζειν et *ululare*, quod ὀλολύζειν semper, si bene memini, de re lætâ dicitur. Æsch. Theb. 831. Eurip. Med. 1176. El. 690. Vide tamen Soph. El. 750[6].

808. ἄγου. *Abduc* omnes interpretes. Imo, *tecum abduc.* Tantum enim interest inter activam et mediam formam, quantum inter *filium in Hispaniam duxit*, et *filium in Hispaniam secum duxit.* Leve quidem discrimen, minime tamen negligendum. Cum ἄγεσθαι

---

[4] Comparat Matth. Soph. Ant. 24. χρησθεὶς pro χρησάμενος, ἐτεκνώθη pro ἐτεκνώσατο Phœn. 814.

[5] Cf. Bernhardy. Synt. p. 109. Ad Pindari, quem conferunt locum, Ol. XIII. 55. μαχᾶν τέμνειν τέλος, vide quæ Dissenius annotavit.

[6] Apte de sensu læto advocetur Ag. 570. ubi Clytemnestra de se—ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο. Accuratius autem, credo, Blomf. ad Ag. 27. in Glossario ὀλολυγμός *Femineus ejulatus vel lætus, vel luctificus.* Cf. etiam Seidl. Eur. El. 686. ubi de re lætâ. Vide et Thucyd. II. 4. In sensu lugubri, imo ferali usurpatur ὀλολυγμὸς ap. Meleagr. Epigr.

Ἠῷος δ' ὀλολυγμὸς ἀνέκραγεν, ἐν δ' Ὑμέναιος
Σιγαθεὶς γοερὸν φθέγμα μεθαρμόσατο.

uxorem ducere significat, εἰς δόμους vel aliquid ejusmodi plerumque addunt tragici. Interdum vero nudum verbum adhibent, ut noster Iph. A. 433. νιν ἄξεται. Unde fortasse legendum in Or. 1654. ἄξεσθαί νιν vulgo γαμεῖν[1].

817. δουλώσων pro δουλωσόμενος. Noster Suppl. 492. Iph. A. 1269. Activa forma *in servitutem redigere*, media *sibi in servitutem redigere*, significat. Incertus Rhes. 410. σοὶ δὲ δουλώσας λεὼν Παρέσχον. *Tibi in servitutem tradidi.* Ubi solœcum esset δουλωσάμενος. Namque in hujusmodi verbis activa forma pro mediâ interdum usurpatur, nequaquam autem media pro activâ[2].

824. πλευροῖς al. πλευραῖς. Suspicor vocabula πλευραὶ, πλευραῖς et πλευρὰς in Tragicorum scriptis ubique vitiosa esse. Vide omnino Pors. ad Hec. 814. Or. 217. Quibus adde Soph. Aj. 1409. πλευρὰς—τάσδ' ubi malim πλευρὰν—τοῦδ'[3].

834. De vocabulo πίτυλος, quod nostro loco ὁρμὴ significat, consulendus Monkius ad Hippol. 1462. (1464.) et Blomfieldius ad Æsch. Theb. 855. (862.) quorum interpretationibus nihil quod addam habeo[4].

---

[1] Hæc Nostri laudat Dobr. Adversar. Vol. II. p. 44.

[2] Unum ut exemplum addam participii activæ et mediæ vocis in eodem sensu usurpati, adi Pind. Pyth. IX. 61. κόμας ἀναδήσαντες, quod idem ibid. Nem. XI. 38. dicitur ἀναδησάμενός τε κόμαν.

[3] Huc respexit Monkius ad Alcest. 376. "Elmsleii opinionem merito explosit Hermannus ad Soph. Aj. 1389." inquit Pflugk.

[4] Bis ap. Æsch. undecies ap. Euripidem exstare vocem Monkius docet ad Hippol. et in genere *aliquem crebrum motum* denotare. Occurrit etiam ap. Theocr. XXII. 127. pro pugni ictu, ὀξυτέρῳ πιτύλῳ δαλεῖτο πρόσωπον ubi adjectum ὀξυτέρῳ vim auget. Ingeniose, ut solet, etymologiam vocis monstrat Dammius Lex. p. 2398. Transpositis nempe litteris pro

839. Qui femininum γύη Atticis ignotum fuisse mecum arbitrantur, legent proculdubio in Hel. 88. τί δῆτα Νείλου τούσδ' ἐπιστρέφει γύας; In Hec. 454. glossema πεδία pro γύας habent codd. et edd. pleræque, consentiente Porsono in primâ et secundâ editione. Hic etiam τὰς γύας nonnulli libri[5].

845. ἵππειον δίφρον al. ἵππιον. ὄχημ' ἵππειον habet noster Hipp. 1355. ἵππιον ἅρμα Hel. 1511. utrumque metro postulante, neutrum in senario. Ante Barn. utrobique ἵππειον legebatur, et in El. 825. δισσοὺς διαύλους ἱππείους διήνυσε. Ἱππίου θεοῦ primus reposuit Valcken. in Phœn. 1701. "Quod hoc solo nomine rectius est," inquit Pors. "quod iambum pro spondeo præbeat," in quintâ scilicet sede. Nostro loco non refragabor quo minus ἵππιον δίφρον legatur. Quamquam multo libentius retinerem ἵππειον δίφρον quam ἵππειον θεὸν, ἵππειον Ἄργος, ἵππειον Ποσειδῶ et similia[6].

---

pro τύπιλος i. e. κτύπος à τύπτω. In Aristoph. Vesp. 676. verbum πιτυλεύω significat *aquas remo turbare*. Est et alia vox πιτύλισμα *manuum complosio*.

[5] De hâc re plura dabit Noster ad Œd. Col. 58. Scholef. ad Hec. l. γύη apud Atticos non nisi masculino genere adhiberi statuit. Contra τὰς πολυχρύσους γύας. Both. ad Bacch. 13. λευρὰς γύας ad Æsch. Prom. v. 369. Well. edidit.

[6] Ad Hipp. l. c. nihil Monk. sed ad ejusd. fab. v. 307. ubi ἱππίαν metrum postulat, monet plerumque Tragicis restituendam esse hanc formam, quam et ad Alc. 66. frequentiorem esse apud Euripidem dicit—ibi vero utravis forma pro metro adhibeatur—ἵππειον dedit Monkius, alteram daturus "Si modo constaret Tragicos in quintâ sede iambum spondeo prætulisse." "Tres formæ," inquit Blomf. Theb. 116. "adhibebantur, uti et δούλειος, δούλιος, δουλικὸς, prima vero non nisi metri gratiâ."

847. ἐπεῖχε. *Instabat.* Noster Bacch. 1128. Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς Ἐπεῖχε Βακχῶν[1].

852. κἀποτίσασθαι δίκην ἐχθρούς. Sic etiam mox v. 882. μὴ ἀποτίσασθαι δίκην. Legebatur etiam τὴν δὲ τίσωμαι δίκην in Med. 1316. sed Brunc. φόνῳ e codd. reponenti obsecutus est Pors. Dativum habent omnes libri, quantum ex editorum silentio conjicere licet, in ejusdem fab. v. 261. πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν. Sic etiam Bacch. 345. τῆς σῆς ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον Δίκῃ μέτειμι. Malim utrobique δίκην. Ita Æsch. Agam. 1271. ἀντιτίσασθαι φόνον. Choeph. 986. ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐν δίκῃ μόρον Σῆς μητρός. Eum. 230. ἐγὼ δ', ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας Μέτειμι τόνδε φῶτα (καὶ κυνηγέτις.) Ita interpungendum. Noster Bacch. 516. ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων Μέτεισι Διόνυσός σ'. In his locutionibus adhibetur duplex accusativus eodem fere modo ut in αἰτῶ σε ἀργυρίον et similibus. Dum de hac re agitur, duas observationes ad usitatissimam locutionem δοῦναι δίκην pertinentes hic subjiciam. Prima est, eâdem significatione interdum dici λαβεῖν δίκην, quamvis *pœnas dare* et *pœnas sumere* apud Latinos non minus inter se differant quam τῖσαι δίκην et τίσασθαι δίκην. Noster Bacch. 1311. δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν. Lego, ἀξίαν ἂν ἔλαβεν ἄν. Herodot. I. 115. ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. Altera observatio spectat ad Or. 612.

ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν,
σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ λεύσιμον δοῦναι δίκην.

"δοῦναι δίκην," inquit Porsonus, "quod alibi fere sonat

---

[1] ἐπεῖχε *Direxit.* Ita Pflugk. collato Herodot. IX. 59. ἐπεῖχε τε ἐπὶ Λακεδαιμονίους τε καὶ Τεγεήτας μούνους, cujus loci structura vel ob additam præpositionem alia est. Cum Nostro "*instare*" reddit Dobr. Advers. Vol. I. p. 50.

pœnas pendere, judicium subire, hic rarissimo usu ponitur pro eodem prope, quod Latine dicitur *jus dare*, vel *reddere*. Hæc ille, cui fraudi fuit distinctio loco non suo posita. Ita interpungendum: ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ, (ὥστε ὑμᾶς) λεύσιμον δοῦναι δίκην. Similis constructio verbi ἐπισείειν v. 255[2].

884. κρατοῦντα, καὶ σῇ δεσποτούμενον χερί. In eorum gratiam qui κρατοῦντα passivo sensu accipiunt, et *victum* interpretantur, moneo νικῶντα pro νικώμενον in Suppl. 694. occurrere, ubi εἴκοντα Valckenarii conjecturam probat Marklandus. Virorum doctorum ad nostrum locum conjecturæ Sardi sunt venales, alius alio nequior. Sub κρατοῦντα latere videtur verbum quod ζῶντα significet. Quo sensu non male legeretur βλέποντα, si propius ad receptam scripturam accederet. Vide nostrum Hec. 311. Alc. 140. Iph. T. 718. Tro. 628. Hel. 1017. Phryx. fr. 15. Soph. Aj. 1067[3].

886. ἔζευξ' ἀνάγκῃ. al. ἀνάγκη. vide Markl. ad Suppl. 220. Ita Æsch. Prom. 107. ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι

---

[2] Ad Agam. l. ἀντιτίσασθαι φόνον. videndi Blomf. et Well. hic etiam Ib. 1297. hæret in verbis τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις, Ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ. nisi quod statuit vocem τίνειν *ulcisci, pœnas exigere* non significare. Rectius *pœnas pendere* reddunt Blomf. et Scholef. In rariori sensu λαμβάνει δίκην intelligit Dobr. ad Demosth. Aristog. *He serves you right.* Adversar. Vol. I. p. 487. Ad. Or. l. paullo aliter, si aliter quidem, interpretatur Scholef. quem vide. De usu τοῦ δοῦναι in his et similibus exempla passim obvia sunt. Insolentius dictum habes Eumen. 407.

ἀλλ' ὅρκον οὐ δέξαι τ' ἄν, οὐ δοῦναι θέλει.

Ambigue dictum habes Hel. 458.

οὔκουν ἀπελθὼν δάκρυα σοῖς δώσεις φίλοις;

Denique in nostro l. Dobr. "Malim δίκῃ sed vide 877" (=882).

[3] κλαίοντα *male mulctatum*, e conjecturâ Orellii proposuit Dindorfius quod ad sonum saltem, et, credo, ad sensum satis accedit. ἀκρατοῦντα e Matth. dedit Both.

τάλας. Idem ζεύξω βαρείαις dixit Agam. 1468. subaudito, ut videtur, ἀνάγκαις, ἄταις, πημοναῖς, aut tali quodam vocabulo[1].

893. ἐνὶ δαιτὶ. Notandum ἐνὶ quod raro hac significatione apud Tragicos legitur. ἐνὶ ναυσὶν noster Iph. T. 1109. an legendum utrobique ἐπὶ? ἐπὶ ναυσὶν Eur. Hel. 1149. Thucyd. II. 80. IV. 10[2].

894. Epitheton εὔχαρις quod bis tantum usurpat Euripides, utrobique Veneri tribuitur. Alter locus est Med. 632[3].

899. τελεσιδώτειρα. Analogiæ repugnare videtur hæc vox per Ω scripta. Quamvis enim δωτῆρες ἑάων et δῶτορ ἑάων dixerit Homerus, Attici, ni fallor, in derivatis a δίδωμι semper O adhibent, præterquam in δωσίπυγος, προδωσέταιρος et similibus, quorum diversa est ratio. ὀλβοδότειρα legitur in Bacch. 419. ὑπνοδότειρα. Or. 175[4].

---

[1] σείραις subaudiendum innuit Blomf., πληγαῖς, nec injuriâ, prætulit Well. Alia ejusdem locutionis exempla suppeditant interpretes: sc. Hippol. 1387. οἵᾳ ξυμφορᾷ ξυνεζύγης. Alcest. 462. τῷ ξυνέζευξαι πλάνῳ; Androm. 98. δαίμον', ᾧ συνεζύγην. Hel. 255. τίνι πότμῳ συνεζύγην. Soph. Aj. 123. ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ. Cui simile est ἄτης ζεύγλαν Belleroph. Fragm. XX. 10.

[2] "Scribendum censeo ἔνι' δαιτὶ." Both. Hermanno dubitanter obsecutus ἔνι τε δαῖτες in textu Pflugk. in notis vero mavult ἐν δὲ δαῖτες ad exemplar Soph. Œd. T. 27. ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς. κ.τ.λ. Cui species quidem veri inest, si vera est, levius fortasse post δαῖτες interpungendum ita ut ἐν quodammodo ad εἴη per tmesin, quod volunt, referatur.

[3] Vox est Æschylo æque ac Sophocli ignota. Vide huc pertinentem Hermanni annotationem ad Iph. A. 550. ubi Athenæum explicat.

[4] Ad Hippol. 747. Vulgo legitur ὀλβιόδωρος quod et Bothius revocavit. Monk. autem quod "vocem ὀλβιόδωρος nusquam alibi meminerit, et dubitet an tale compositum adhibuisset Tragicus," feliciter excogitavit ἁ βιόδωρος...χθὼν sicut Soph.

903. ὁ δὲ μὴ φάσκων. Legendum forte πιφάσκων ob metrum. MUSGR. πιφαύσκων quod cum verbo φημὶ nihil commune habet, aliquoties apud Æschylum occurrit. πιφάσκω vel πιφάσκων a nemine, quod sciam, usurpatum est. Præsens est φημὶ, præteritum imperfectum ἔφασκον, participium φάσκων. Nam ἔφην apud Atticos semper aoristus est. Præsens φάσκω non est in usu, licet ab eo derivari videantur præteritum et obliqui modi. Legitur quidem ap. Plat. Phædone p. 113. C. ὡς οἱ ποιηταὶ φάσκουσι. Sed non dubito locum mendosum esse. Quod ad nostrum locum attinet, vide an pro duabus brevibus syllabis Ἀφρο v. 894. unam longam μὴ antithetico versu adhibuerit Poeta. Cf. vv. 916. 925. Saltem nullam probabilem emendationem video[5].

904. ἐγγὺς μανιᾶν ἐλαύνει. Similis locutio in Bacch. 851. ἔξω δ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν. Plurale μανίαι ab Atticis frequentari monuerunt alii. Satis exemplorum præbebit index Beckianus. Ita Aristoph. Pac. 65. τὸ γὰρ παράδειγμα τῶν μανιῶν ἀκούετε[6].

Soph. Phil. 1161. βιόδωρος αἶα, et Homericum illud ζείδωρος ἄρουρα. De scripturâ audiendus Lobeck. ad Phryn. in Addendis p. 770. ubi disceptata notet δωσίπυγος et δοσίπυγος, δωσίδικος et δοσίδικος—anacolutha δοσείω et προδοσείω, (comparatâ formâ simili ἀναστησείω,) προδοσίκομπος, πανδοσία, δοσοληψία (lexicis ignotum,)—ambigua denique recenset δόσις, δωτύς, δοτής, δωτής. Ipsius verba legas velim.

[5] Hunc versum tetigit Noster ad Iph. T. v. 1202. (Mus. Crit.) In Phædon. l. λέγουσι pro spurio φάσκουσι legendum monent Heind. et Stallb. quod idem habent Astius et Bekk.

[6] Sic ad Herc. F. 789. μανίαισι Both. ubi μανιάσι Hermann. ille etiam ibid. 778. λύσσας pluraliter accipit, hic vero λύσσης restituit quod "λύσσαι numero plurali non facile inveniatur." Notandum est quod ter tantum in Æschyli integris fabulis exstet vox, ubique in plurali; bis præterea in Fragm. singulari numero usurpatur. Simile quid est θάνατοι plurale

 de

908—909. *παραιρῶν φρονήματος.* Noster Hippol. 1104. *λύπας παραιρεῖ* ubi *λύπας* genitivus esse videtur. *ἀφαιρεῖν* enim eâdem significatione usurpat Pseudeuripides Iph. A. 1604. *λύπης δ' ἀφαίρει, καὶ πόσει πάρες χόλον.* Qui senarius Euripideus esse videtur ex fabulâ hodie non superstite desumptus. Omnibus satis notum est, in hujusmodi locutionibus genitivum pendere a subaudito *μέρος τι.* Multum interest, verbi caussâ, inter tres locutiones, *ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πολλὴν, τῆς γῆς ἔτεμον, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἔτεμον,* quas usurpat Thucyd. II. 56. 57[1].

911. *τεὸς γόνος.* ***Filius tuus*** recte Brodæus. *τεοῖσι* pro *σοῖσι* Æsch. Prom. 162. *τεὰν* Soph. Ant. 604[2].

919. Quanto studio *πολλὰ πολλοῖς* similesque vocabulorum geminationes prosecuti sint tragici, nihil attinet dicere. Cf. Med. 579. Ion. 381. Æsch. Suppl. 459. Aristoph. Eq. 411[3].

924. *ἔσχεν δ' ὕβρις.* Sensum satis commodum præbet, modo *ἔσχεν* *cessavit* interpretemur. Ita noster Iph. T. 789. *οὐ πολὺν σχήσω χρόνον.* Soph. El. 223. *οὐ σχήσω ταύτας ἄτας.* Thuc. I. 112. *καὶ Ἑλληνικοῦ μὲν*

---

de violentâ sive immaturâ morte acceptum, ut monet Seidler. Eur. Elect. 472. coll. Soph. El. 206. Æsch. Ch. 51. conferendus etiam Plat. Crit. p. 117. Stallb. Compares quoque Soph. El. 11. *πατρὸς ἐκ φόνων.* De structurâ sententiæ vide Matth. Gr. Gr. § 340.

[1] Hermannus vero in Iphig. l. ita. "Manifesto vel *λύπην* scribendum erat, vel *λύπας δ' ἀφαίρει.* hoc prætuli. Cf. de hoc usu genitivi Matth. Gr. Gr. § 323, et Bernhardy. Synt. p. 145. quos citavit auctores Pflugk. in l. aliaque exempla dedit.

[2] Sic et ap. Æsch. Theb. 102. *τὰν τεὰν γᾶν.* et ad Fragm. Heliad. *ἐπὶ δυσμαῖσι τεοῦ πατρός* Well. habet, ubi *ἴσου* vulg. *σοῦ* vero Scholef.

[3] Similes, quas vocat, *παρηχήσεις* satis superque congessit Lobeck. ad Aj. 865. *πόνος πόνῳ πόνον φέρει.*

πολέμου ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι. In his locis σχεῖν idem fere valet ac παύσασθαι, quo sensu sæpe adhibentur imperativi ἴσχε et σχές[4]. Simili ratione ἐπισχεῖν et κατασχεῖν nunc *alium* nunc *se cohibere* significant. Cf. Pors. ad Phœn. 459. de ἐπέσχον. κατασχεῖν intransitivum habet Soph. Œd. T. 781. κἀγὼ βαρυνθεὶς τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν Μόλις κατέσχον. Nisi fortè supplendum τὴν ὀργὴν aut τὰς χεῖρας. Noster locus, fateor, ab his paullo diversus est. Quamvis enim benè Græca sit locutio, ἔσχε τοῦ πολέμου, *cessavit a bello,* non ideo tamen constat Græcos dixisse, ἔσχεν ὁ πόλεμος, *cessavit bellum.*

Ibid. ὕβρεις. Plurale Tragicis abjudicavi ad Markl. Suppl. 494[5].

926. πρὸ δίκας βίαιος. Hanc locutionem alibi non reperi. Passim occurrit πέρα δίκης[6].

937. ἵστασαν, *statuebant.* al. ἕστασαν. Solenne librariorum vitium est ἕστασαν pro ἔστασαν, *stabant,* quod nostro loco non convenit. *Statuerunt* omnes interpretes, quod Græcè dicitur ἔστησαν. Legendum ἱστάναι pro ἑστάναι ap. Arist. Equ. 268[7].

959. χρῆν γὰρ οὐκ ἅπαξ θνήσκειν σε. Cf. Med. 573. ubi sententia prorsus absurda esset, si legeretur χρή. Has voces sæpissime in libris vulgatis permutari nemo nescit. Longe sæpius autem χρὴ pro χρῆν quam χρῆν

---

[4] Contulit Pflugk. Phœn. 1163. ἀλλ' ἔσχε μαργῶντ' αὐτόν. κ.τ.λ. Ad Œd. T. l. supplet ἐμαυτόν Wunder.

[5] Cf. nos. ad Bacch. 247.

[6] πρὸς δίκας βιαίως receperunt Matth. et Both. quod et Pflugk. admitteret "si id constaret dici posse eodem modo quo δίκης βίᾳ."

[7] ἔστασαν reposuit Both. Matthiæo fretus, qui ἔστασαν active ap. Homerum frequenter indicat, apud Tragicos "in hoc solo loco" servare velit. Contra ἵστασαν Pflugk. et scripturâ et sensu e Nostri sententiâ dedit, pro "ἔστασαν quod frustra defendit Matthiæus locis Homericis."

pro χρὴ reposuerunt librarii. Male vulgo legitur χρὴ ap. nostrum Alc. 740. 942. Androm. 811. et alibi passim. Malim etiam χρῆν in Hec. 264. Sed in versu sequente recte se habere videtur χρή. In Hippol. 345. ubi præstare mihi videtur, πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἁμὲ χρῆν λέγειν, χρή ex Aristoph. Equitibus invexit Brunckius. In qua fabula vulgo legebatur v. 133. NI. δύο τώδε πώλα. καὶ τί τοῦτον χρὴ παθεῖν; ΔΗ. κρατεῖν, ἕως ἂν ἕτερος ἀνὴρ βδελυρώτερος Αὐτοῦ γένοιτο. μετὰ δὲ ταῦτ' ἀπόλλυται. αὐτοῦ γένηται edidit Brunck. cum hâc annotatione: "Sic C. vulgo γένοιτο. Illud magis ad loquendi normam exactum arbitror." Videlicet cum præcedat verbum præsentis temporis χρή. Addere poterat, solœcum esse ἕως ἂν γένοιτο. Sed ne sic quidem omnia sana erunt. Nam superiori versu propter tribrachyn ante anapæstum collocatum manifesto delendum ἄν. Quo deleto necessario revocandum γένοιτο. Nam Tragicis quidem ἕως γένηται, πρὶν γένηται, et similia, omisso ἂν dicere licuit, non vero comicis et prosæ orationis scriptoribus. Ut autem recte se habeat γένοιτο, pro præsenti χρὴ repone præteritum χρῆν. Propter similem caussam malim χρῆν ap. Soph. Ant. 666[1].

968. ἀπιστῆσαι. Quo sensu nostro loco legitur, eo utrumque ἀπιθῆσαι et ἀπειθῆσαι usurpant tragici. Soph. Phil. 1447. Eur. Or. 31[2].

---

[1] Hæc Nostri sibi quasi regulam proposuit Monkius, qui in Alcestidis quinque locis χρῆν restituit vv. 107, 389, 669, 753, 960. Idem eâdem fere ratione quater in Hippolyto χρὴ pro ἐχρῆν edidit. vv. 297. 345. 469. 637. Ad Androm. l. χρῆν dedit Pflugk. qui nostro in loco χρὴ non movendum esse statuit. In Hec. 263. χρῆν sequente χρὴ recte se habere censet Hermann. De his confusis vide Dobr. ad v. 491. nostræ fabulæ, Advers. Vol. II. p. 102.

[2] Cf. et Eur. Suppl 375. ἢν δ' ἀπιστῶσ' *si non obediant.* Vide

969. φῶς potius quam φάος in senariis ante vocalem collocare solent tragici, ne pro iambo aut spondæo sine caussâ exhibeatur tribrachys aut dactylus[3].

977. οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξαιρήσεται. Verbum ἐξαιρεῖσθαι haud secus atque ἀφαιρεῖσθαι duplicem accusativum adsciscit, monente Valck. Diatr. p. 203. Sed aliud agebat vir summus, cum nostrum locum in exemplum assumpsit[4]. Neque allegare debebat Alc. 851. Multo minus Med. 792. οὔτις ἐστὶν ὅστις ἐξαιρήσεται. Ubi vide an legendum ὅς νιν ἐξαιρήσεται. Quamvis enim sæpe occurrant οὔτις ἐστὶν ὅς, et οὐκ ἔστιν ὅστις hoc uno in loco reperi οὔτις ἐστὶν ὅστις. εἴτις ἔσθ' ὅστις dixit Soph. Œd. Col. 1167. ἦν τις ὅστις noster Androm. 916. ἐξαιρεῖσθαι cum duplici accusativo legitur apud nostrum Alc. 70. Iph. A. 972. monente Valcken. et apud Soph. El. 1208. μὴ, πρὸς γενείου, μ' ἐξέλῃ (vulgo μή 'ξέλῃ) τὰ φίλτατα.

985. ὀφλεῖν al. ὄφλειν. Ὦφλον aoristum esse monui ad Arist. Ach. 689[5].

986—991. ἠράμην. ἠρόμην utrobique legendum censet Brunck. ad Ant. 907. qui receptam formam Atticis abjudicat.

Vide etiam Æsch. Prom. 657. οὐκ οἶδ' ὅπως ὑμῖν ἀπιστῆσαί με χρὴ, ubi rectè interpretatur Well. *non obtemperare*. Cf. quoque Agam. 1016. πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι· ἀπειθοίης δ' ἴσως. Neutra vox alibi ap. Æschylum occurrit. Conferri jubet Blomf. de his formis Valcken. ad Herodot. VI. 108.

[3] "Nunquam φαός dicunt Tragici, ubi locum habet forma contracta." Both. in. l.

Dobr. in. l. (Advers. p. 105). "Proxime ad mentem Musgravii lege μηδὲ φῶς ὁρᾶν ἔτι."

[4] Formulam οὐκ ἔστιν ὅστις illustravit his et aliis exemplis Dobr. Adversar. Vol. I. p. 405.

[5] Sic ad Æsch. Agam. 517. "ὀφλὼν (edd. ὄφλων) aoristi participium est." Blomf. "in ὀφλὼν recte mutavit Blomf." Ibid. Wellau.

994. συνθακῶν al. συνθακὼν. Nullum aoristum secundum hoc verbum habere recte suspicatur Barnesius. Addo, neque primum. θακῶν pro θακὼν sensu postulante dedit Brunck. ap. Soph. Trach. 23. προσθακὼν male retinuit in Œd. Col. 1166. θακεῖς noster supr. v. 240. θακεῖ Soph. Œd. T. 20. Aj. 106. 325. θακοῦσιν Œd. C. 340. θάκει imperativum Aj. 1173. Apud nostrum Hec. 1153. pro 'θάκουν malim θακοῦσ'. Cf. Pors. ad Med, 1138[1].

995. δηώσας. Primam corripit noster, auctorem fortasse secutus Æschylum Προμηθεῖ Λυομένῳ. Cujus verba debemus Straboni IV. p. 183. βάλλων δηώσεις ῥᾳδίως Λίγυν στρατόν[2].

1003. κτείνοντα. *Interficere conantem*, ut alibi passim. Vide Œd. C. 993. Eur. Phœn. 1595. Androm. 811. Iph. T. 27. Ion. 1224. 1286. (ex emend. Duporti) 1300. 1308. 1326. 1328. 1408. 1544. Quam significationem non agnoscit Teucer ap. Soph. Aj. 1126.

ME. Δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με;

TEY. κτείναντα; δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών.

κτείνοντα dicere debebat Menelaus. Aoristus enim

---

[1] Ad. Hec l. = 1120. His Nostri citatis Hermannus emendationem θάκους, quam et olim conjecerat, denuo profert; argumenta in l. videas.

[2] Semel quoque hoc verbum usurpavit Sophocles, Œd. Col. 1319. ubi primam producit. Æschylus ne semel quidem. In nostro loco διώσας Erfurdt. quod admiserunt Pflugk. et Both. hic contulit Herc. Fur. 315. ὅπως διώσει τὰς τύχας Ἀμφιτρύων. Vide tamen Spitzner. Pros. § 6. 5. de δήϊος et νηΐ (ῇ). Adde quod in Strabonis edd. pro emendatione datur βαλὼν διώξεις. Dobr. in l. (Advers. Vol. II. p. 105). "Qu. διώσας, *profligatis et cæsis*. Sed vereor ne sic scribendum foret διωσάμενος. Qu. διώξας. vide 1002. Iph. T. 1175. In Æsch. Fragm. olim cum Blomf. malebam διώξεις, nunc διώσει."

ejusque participium hanc significationem respuunt. Corrigendus igitur noster Ion. 1291. ἔκτεινα δ' ὄντα πολέμιον δόμοις ἐμοῖς. Malim ἔκτεινον ὄντα. Ἀπωλλύτην Soph. Œd. T. 1454. ubi consulendus Brunck. Ἀπώλλυ Plat. Menex. p. 244. E. ᾕρει πόλιν Æsch. Theb. 1027[3].

1013. τίουσα. τίω, *honoro*, alibi ap. nostrum non legitur. Male τῖσαι et τίσασθαι huc retulit Beckius in indice, quæ apud Atticos ad τίνω pertinent. Homericum illud, τίσω δέ ἑ ἶσον Ὀρέστῃ, vix intellexisset sutor Atheniensis[4].

1014. προσεῖπας, ἀντήκουσας. al. πρὸς ἄγ' εἶπας. Rarissime in senario tragico collocatur anapæstus, monente Hermanno Præfat. ad Hec. p. LIV. cujus tres syllabæ non sint eodem vocabulo inclusæ. Vide nostræ fabulæ vv. 30. 32. 33. 90. 95. 120. 124. 225. 238. 247. 346. 418. 647. 845. Nunquam hanc regulam violat noster, nisi

---

[3] Ad Androm. l. κτείνασα unice verum censet Pflugk. "nam præteriit nunc quidem etiam conatus et voluntas interficiendæ Andromachæ. Recte habet aoristus etiam Ion. v. 1291. 1500. quos locos mendi suspectos Elmsleio ad Heracl. 1003. vindicavit Hermann. ad Soph. Aj. 1105." Ipsius Hermanna nota consuli debet, ubi inter plura de diversis formis κτείνοντα et κτείναντα hæc statuit; "Imperfectum significat, voluisse aliquem aliquid facere, sed non perfecisse. Aoristus autem, fecisse, sed sine successu." Quam differentiam apte illustrat ex Euripidis Ione v. 1500. Noster ad Œd. Col. l. hæc Schæferi citat de Aj. v. κτείναντά με. "Quod, more apud Græcos pervulgato dictum, non erat cur Teucer cavillaretur." Ad Œd. T. = 1420. plura attulit exempla Wunderus collato Rost. § 116. annot. 5.

[4] Cf. tamen Æsch. Theb. 77. πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει. quod unicum est ap. Æschylum exemplum. In Sophocle non reperitur. Vix cum Nostro præteritorum formas τῖσαι et τίσασθαι ad τίνω radicem referendas esse censet Spitzner. quem vide § 52. p. 89.

in versibus quibusdam a præpositione incipientibus. Qualis est Or. 896. ἐπὶ τῷδε δ' ἠγόρευε. Sic etiam Or. 1336. Alc. 376. Iph. A. 646. 1199. Bacch. 334. 502. 1189. 1245. Hel. 844. 1250. Herc. 940. Quorum nullus est unde nostro loco defendi possit, πρὸς ἅγ' εἶπας. Ubi siquis deletâ præpositione legere malit, ἅ γ' εἶπας, equidem non vehementer repugnabo. Sophoclis Aj. 571. μεχρὶς οὗ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ, quem emendare conatur Hermannus, mihi quidem spurius videtur[1].

1053. ταῦτα δοκεῖ μοι. Malim ταυτὰ HEATH. Recte se habet ταῦτα. Aristoph. Eccl. 658. κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην. Unde legendum ap. Soph. Phil. 1448. κἀγὼ γνώμην ταύτην τίθεμαι[2].

---

[1] Ad Aj. l. Hermanni emendationem ἔς τ' ἂν admisit Lobeckius. "Nam et veteres magistri, Herodianus, Phrynichus, Helladius illud (μέχρις ἂν) a priscâ Atthide sejungunt, et nunquam in Tragicorum scriptis μέχρις οὗ et ἄχρις οὗ reperitur." Ne, quod Noster voluit, prorsus damnetur versus, objicit Hermannus in alterâ editione, bis a Suida citatum esse.

[2] Recte ταῦτα reposuisse Nostrum, exempla autem nihili esse statuit Pflugk. "alia enim res est, additâ καὶ particulâ." Ad. Phil. l. = 1420. recte dici τίθεμαι γνώμῃ, supplendum ψῆφον, contendit Wunderus, collato Hemsterh. ad Thom. M. v. θεσθαι p. 443. "Ex quo sine necessitate Elmsleium ad Heracl. 1053. γνώμην ταύτην scribendum putasse apparet." Cf. Buttman. ibid. Dindorf. ad Eccles. l. legit κἀγὼ ταύτῃ γνώμην ἔθέμην, his Nostri prætermissis. Contra Bothius etsi ταύτην in textu, ita in notis loquitur. "Neque hic scribendum κ. ταύτῃ γνώμῃ γ' ἐθέμην cum Toupio in Suid. T. I. p. 200. ut Soph. Phil. 1448. κ. γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι. Neque Tragicis obtrudendum est ταύτην γνώμην ut placuit Elmsleio Heracl. 1053. Sed utroque modo rectè dicitur." Hæc Nostri citat Dobræus (Advers. Vol. II.) ad Philoct. v. 1448. et supra ad v. 852. ubi sic loquitur, "γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι. qu. γνώμην. qu. ταὐτῇ. Herodot. I. 120. ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμί. Vide VII. 220."

IN

MEDEAM.

IN MEDEAM.

EX ARGUMENTO ARISTOPHANIS GRAMMATICI.

ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα.

Præturam Athenis gessit Pythodorus Oly. 87. anno primo, quo exeunte exarsit bellum Peloponnesium[1]. Annum ætatis tum agebat Euripides circiter quadragesimum nonum, quippe qui eo ipso anno natus sit quo parta est victoria Salaminia, Oly. scil. 75. primo. Qui id ætatis esset, et a primâ ferè adolescentiâ in tragœdiis scribendis versaretur, multas proculdubio fabulas ante Medeam docuerat. Sed neque earum quæ exstant, neque earum quæ perierunt ulla est, quam probabili sententiâ antiquiorem eâ pronuntiare possimus. Ex iis quas nunc habemus septendecim (Rhesus enim non est Euripidis, Cyclops non Tragœdia) quatuor sunt quæ cæteras ætate superare mihi videntur; Medea scilicet, Hippolytus, Alcestis et Heraclidæ. Hæ enim numeros habent severiores et puriores, a quorum ἀκριβείᾳ absunt cæteræ omnes, aliæ quidem propius, ut Hecuba, aliæ vero longius, ut Orestes. Acta est Medea, ut jam vidimus, anno Oly. 87. primo; Hippolytus ut ex ejus argumento constat, anno ejusdem Oly. quarto; Alcestis incerto

---

[1] Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος. Thuc. II. 1. Angl. *Having yet two months to serve.*

tempore, sed ante Aristophanis Acharnenses[1], qui triennio post Euripidis Hippolytum acti sunt. Heracleidarum ætas incerta est[2].

P. 71. Legimus in Euripidis vitâ a Thomâ Magistro scripta, fabulas eum XCII. docuisse, quarum octo solæ fuerint Satyricæ. Hoc quidem ex omni parte verum esse non potest. Fabulæ enim XCII. tetralogias conficiunt XXIII. in quibus totidem fuerint dramata Satyrica necesse est. Sed verum videtur quod dicere vult grammaticus, octo sola ætatem tulisse.

Nunquam fabulæ ejus XCII. exstitisse videntur. Qui hunc numerum ei tribuerunt, tetralogias ejus XXIII. in Didascaliis memoratas fortasse repererant. In tetralogiis XXIII. Tragœdiæ erant LXIX. quas aut omnes aut plerasque servatas haud infitior. Sed Satyricæ pleræque perierant, octo solæ exstabant. Tragœdiis LXIX. adde Satyricas VIII. et fabulas habebis LXXVII. quot scilicet olim exstitisse tradunt nonnulli. Alii tantum LXXV. numerabant[3].

Meâ quidem sententiâ, non XCII. sed longe plures fabulas docuit Euripides, quippe qui plusquam quinqua-

---

[1] Citatur enim ad Ach. v. 893. ubi vide Brunck. Non Oly. 85. 4. quod vult Musgravius, sed Oly. 88. 3, ut hic in subjectis, et in Præfat. suâ ad ipsam fabulam docet Noster, acti sunt Acharnenses.

[2] Nec priusquam Oly. 87. 2. editam, nec tamen Oly. 88. 2. multo recentiorem fuisse fabulam Heracl. credit Pflugk. quia scilicet diligentius quod ad numeros composita est.

[3] Ex *Septuaginta*, quas docuit, forsan et pluribus, fabulis *quindecim* tantummodo victorias reportasse Euripidem ait Porsonus in celeberrimâ Prælectione. Similiter de Sophoclearum fabularum numero tractavit Boeckius de Trag. cap. viii. ubi, non ut aliqui tradiderunt CXIII. "Sed ad summum pauca ultra septuaginta dramata fecisse" arguit.

ginta annos huic rei operam dederit, quemque verisimile sit quotannis, modo chorum repererit, singulas aut binas tetralogias scripsisse. Sed in Didascalias, ni fallor, eæ solæ relatæ sunt, quæ unum de tribus præmiis obtinuerant. Euripides, ut raro primum, ita sæpe ne tertium quidem consecutus videtur.

P. 72. s. fin. Lectorem hic monitum velim, tertium histrionem[4] in hac fabulâ supervacaneum fuisse, in quâ scilicet præter mutas personas, nunquam plures duabus simul inducantur. Hoc in nullâ aliâ Euripidis fabulâ superstite accidit, præterquam in Alcestide. In Alcestide quidem coram patre et matre loquitur parvulus Eumelus, sed concessum fuisse videtur, ut pueri loquentes extra numerum inducerentur. Hinc esse puto, quod in Andromachâ quatuor personæ in scenâ stant a v. 546. usque ad v. 747. Si adultus fuisset Andromaches filius Molossus, ante Pelei adventum e scenâ discessisset.

In Ipsam Fabulam.

1. διαπτάσθαι al. διαπτᾶσθαι. Infinitivus πτᾶσθαι a præsente πτῶμαι derivatur, quod a nemine unquam usurpatum est. Præsens est πέτομαι, aor. ἐπτάμην ejusdem formæ cujus ἐπριάμην et ὠνάμην quorum infinitivi

---

[4] Antiquiores fuisse inter Æschyleas fabulas Pers. et Suppl. vel inde constat, quod in neutro tertius histrio apparet; nec nisi Sophoclis ad exemplum id demum sibi permisisse Æschylum cum Tyrwhitto credit Blomf. in Præfat. ad Persas. An usquam quarta loqui persona laborat, quod in Agamemnone fieri inquit Pollux IV. 110. id ad Choeph. v. 900. referendum, nec ibi quidem verum esse idem V. D. docet in Præfat. ad Agam. Utramque quæstionem tetigit Græfenhan in Aristot. Poet. Cap. IV. (C. X. ed. Tyrwh.).

πρίασθαι et *ὄνασθαι* leguntur in hac fabulâ vv. 228. 993. Simili vitio *φᾶσθαι* apud Homerum a nonnullis grammaticis scriptum monet Pors. Apud Æsch. Pers. 703. *φᾶσθαι* edd. omnes ante Glasguensem a Porsono curatam[1].

3, 4. *μηδ' ἐν νάπαισι*.........*μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας*. "Mallem *μήτ' ἐρετμῶσαι*," inquit Brunckius. Male. *μήτε* post *μὴ* vel *μηδὲ* solœcum est. Negant hoc, sed frustra negant, meâ quidem sententiâ, Hermannus[2] ad Soph. Aj. 423. (428.) Reisigius Conjectan. in Aristoph. I. p. 189. [Verba *οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν* nostrâ linguâ significant *Neither good nor bad.* verba *οὐκ ἀγαθὸν οὐδὲ κακὸν* significationem habent paullo diversam *Not good, nor yet bad.*] Hæc Noster in subjectis ad Ajac. loc.

5. *δέρας*—*δέρος*. Aut utramque formam usurpabant Tragici, aut scriptura prorsus incerta est.————Ejusdem formæ sunt voces *δέρας* et *γέρας*, in genitivo aut dativo casu nusquam apud Atticos scriptores obviæ[3].

19. *αἰσυμνᾷ χθονός*. Hesychius *Αἰσυμνᾷ. βασιλεύει, ἄρχει. Εὐριπίδης Μηδείᾳ.* Præter Euripidem neminem novi qui verbum *αἰσυμνᾶν* usurparit. Plura dabunt interpretes Hesych. v. *αἰσυμνῆται*[4].

---

[1] *διαπτάσθαι, φάσθαι*, non *διαπτᾶσθαι, φᾶσθαι*, scribendum docet Goettling De Accent. § 16. 5. quia in infinitivo sua quantitas vocali characteristicæ (*α*) servatur.

[2] Cf. et Hermanni annotata ad Soph. Phil. 254. a Wundero citata.

[3] [Adde *τέρας* B. K.] Similiter monet Valcken. ad Luc. Evang. I. 36. utramque formam *κωᾶς* et *κῶος*, *οὖδας* et *οὖδος* perinde fuisse in usu.

[4] Vox *αἰσυμνήτης* occurrit ap. Theoc. Id. 25. 48. et ap. Hom. Od. *θ*. 258. illic est *ἐπ' ἀγρῶν pro villico;* hic vero *κατ' ἀγῶνας pro certaminum curatoribus.* Est e Dammii sententiâ

33. ἀτιμάσας ἔχει. Copiose de hoc Atticismo dixit Valcken. ad Phœn. 712. breviter Matth. Gr. Gr. § 559, 6[5].

35. μὴ 'πολείπεσθαι al. μὴ ἀπολείπεσθαι quam scribendi rationem meliorem esse monui ad Heracl. 460[6]. ἀπολείπεσθαι autem non *deserere* significat, ut a plerisque redditum est, sed *privari*, ut in Orest. 216.

ἀμνημονῶ γὰρ, τῶν πρὶν ἀπολειφθεὶς φρενῶν.

54. πιτνοῦντα. Unice verum est πίτνοντα, de quâ formâ dixi ad Heracl. 77[7].

55. ἐς Pors. v. 758. 1146. in aliis εἰς. Matthiæ ubique ἐς, quod meâ sententiâ non nisi metri caussâ admittendum est. Vide Præf. Soph. Œd. T. p. 9. Si exstarent Euripidis Tragœdiæ ipsius manu scriptæ, ubique forsan legeretur ΕΣ. Eâ enim ætate pro diphthongo ει plerumque scribebant Ε, ut ΧΕΡ pro χείρ.

---

sententiâ ὁ τὰ αἴσια νέμων, et, "maxime ἀπὸ τῶν Κυμέων," vox usurpata pro usitatiori ἄρχων. Est et aliud Homericum αἰσυητὴρ Il. Ω. 247.

"Proprie differunt βασιλεῖς et αἰσυμνῆται quos ex Aristot. Pol. III. 9. 5. αἱρετοὺς τυράννους intelligunt, qualis fuit Pittacus apud Lesbios, Tynnondas apud Eubœenses." Pflugk. in h. l. Cf. nos ad Bacch. 270.

[5] "Vim simul præsentis et præteriti hac circumscriptionis formulâ Græci complectuntur" Pflugk. Ad similem formulam εἶχον ἐκβεβληκότες, Philoct. 601. monet Buttm. aliquam perseverandi vel acquiescendi notionem ferre.

[6] Vide Buttm. ad Philoct. 264. qui hæc inter plura— "eas tantum crases secundum pronuntiationem exaravi, quæ non certæ modo, sed notæ aut certe noscibiles essent, ut ἠμὲ pro ἢ ἐμὲ etc.—in dubiis libros secutus sum—ubicunque nimis insolita craseos forma videretur, utramque vocem integram per synizesin proferendam exhibui, ut μὴ ἕρπης non μὴρπης, ἐγώ εἰμ' non ἐγῷμ', et similia."

[7] "Pro Porsoni πιτνῶ scripsi ubique ex Elmsleii monitu πίτνω." Scholef. in Præfat. Pors. Eurip. vide et Herm. ad Hec. 272. (edit. 1831).

Non igitur scripturâ differebant ἐς, ἔσω, ξένος, ἐνάλιος, ab εἰς, εἴσω, ξεῖνος, εἰνάλιος. Non mirum si hæc ambiguitas librarios sæpe fefellit.

56. ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, δεσποίνης τύχας.

Edd. et μολούσῃ, et μολοῦσαν, et μολόντι exhibent, ut ab Elmsl. citantur, qui de μολόντι hæc—Alterum ejusdem constructionis exemplum præbet noster a Brunck. allegatus Iph. A. 491.

ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης
εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ.

Musgravius μ' ὑπῆλθε pro μοι ὑπῆλθε per elisionem dictum putat. Eadem est Brunckii sententia, qui μολούσῃ in textu exhibet, μολοῦσαν vero in annotatione probat, eâ scilicet constructione quâ dicitur infra v. 796. σοὶ δὲ συγγνώμη λεγειν Ταδ' ἐστὶ, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς. Sed hodie inter omnes fere eruditos convenit, dativum μοι elisionem pati non posse, licet cum quibusdam vocibus per crasin coalescere possit. De quâ re aptum disputandi locum præbet Soph. Aj. 191[1]. Neque memi-

---

[1] Quæ de hac re alii protulerunt hæc sunt. Ad Aj. 191. ita Lobeckius. "ἐμοὶ quidem quum nusquam elidatur, consentaneum videtur ut μοὶ et σοὶ amputari possint, non ubi parem habeant potestatem, sed ubi quodam modo abundent." Quæstione fusius tractatâ, tria præterea loca, quæ contra pugnare viderentur, optime V. D. expedivit. Androm. scil. v. 427. ἐγὼ σ' ἴν'. κ.τ.ἑ. correxit ἔγωγ', quod et Pflugk. recepit. Ib. 689. τοῦτ' εὐφρονῶν σ' ἐπῆλθον, οὐκ ὀργῆς χάριν. Recte pro σε positum statuit, collato Hippol. 992. ὅθεν μ' ὑπῆλθες πρῶτον. Quæ duo loca Nostri sententiam de regimine ὑπῆλθον et ἐπῆλθον catenus confirmant. Tertium exemplum exstat Iph. A. 814.

Μυρμιδόνας ἴσχων, οἵ μ' ἀεὶ προσκείμενοι
λέγουσ', Ἀχιλλεῦ.

μ' pro quarto casu recipit his fretus, sc. Œd. Col. 1166. προσθακεῖν.

nerat Brunckius, Euripidem potius ὑπῆλθέ με quam ὑπῆλθέ μοι dicturum fuisse. Ita saltem plerumque locuti sunt Poetæ Attici, qui tamen in hujusmodi rebus non semper sibi constant. Soph. Trach. 298.

ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰσέβη. κ.τ.λ.

si recte dixit Soph. ἐμοὶ εἰσέβη, dicere fortasse potuit Euripides μοι ὑπῆλθε eâdem significatione. Pors. μολοῦσαν admisit. Matthiæ μολούσῃ revocavit, alias fortasse μολοῦσαν daturus. Nam Iph. A. 492. celato lectore ἐννοούμενον dedit. Neque ei vitio verto, quod sententiam mutavit. Mihi vero hæc duo loca mutuo se defendere videntur. Nec valde diversum est quod legitur ap. Soph. Œd. T. 350-352. [His subjicit in notis] Pervulgata sunt μαντευομένῳ μοὔχρησεν et similia, in quibus diphthongi οι et ου cum vocali ε crasin faciunt. Rarius cum ο ut σοὐρίζει ap. Æsch. Choeph. 927[2]. σοὔπισθεν apud Arist. Thesm. 165. Cujus generis si plura legerentur, auctor essem ut reponeretur apud Eur. Iph. A. 1212. πείθειν ἐπᾴδουσ' ὥστε μοὐμαρτεῖν πέτρας[3]. Rarius etiam cum α. Vulgo legitur apud Soph. Philoct. 933. πρὸς θεῶν πατρῴων τὸν βίον μή μου 'φέλῃς. "Triclinius, inquit Brunckius, imperitissime μή μ' ἀφέλῃς versu ruente." Imo melius quam in Aldinâ, modo scribatur μἀφέλῃς[4]

θακεῖν. Æsch. Ag. 843. προσῆσθαι. Dion. Hal. Antt. I. 2. ἐπικαθῆσθαι. Diod. Sic. I. p. 502. προσκαθῆσθαι. quæ omnia accusativo junguntur. "Lobeckii sententiæ (scil. de σοὶ et μοὶ elisis tantum ubi "quodammodo abundent") equidem valde faveo." Butmannus ad Soph. Philoct. 782.

[2] Ad Choeph. loc. 927. ducem Elmsl. sequitur Wellauerus, consulendus etiam Blomf.

[3] "Hic quidem fortasse non male" inquit Herm. de Nostro ad Iph. l. Ipse tamen hunc in modum edidit. πείθειν μ' ἐπᾴδουσάν θ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας.

[4] μἀφελῃς è Nostri sententiâ Wunderus, quem vide. μη μου 'φέλῃς Butmann. in textu, sed in notis hæc, "Triclin.

 μή

vel plene μου ἀφέλῃς. Olim legendum suspicatus sum τὸν βίον με μὴ ἀφέλῃ. Sed præstare videtur activa forma, quam usurpat Aristoph. Eccles. 558. μηδαμῶς, πρὸς τῶν θεῶν, Τουτὶ ποιήσῃς, μηδ' ἀφέλῃς μου τὸν βίον.

Longe insolentior crasis apud Eur. Suppl. 638. λόγου δέ σε Μακροῦ ἀποπαύσω. Malè vulgo μακροῦ 'ποπαύσω cum elisionis signo, quam in initio verborum nulla littera apud Atticos patitur nisi ε. His perspectis, non temeré statuendum est, μοι cum ὑπῆλθε per crasin coalescere non posse, quamquam id nostro loco fieri non puto. Certum est articulum cum υ coalescere. Nam θὔδατος[1] dixerunt Arist. Lysist. 370. Amipsias apud Athen. p. 667. F. θὔδωρ Crates apud eundem p.

62. ὦ γεραιέ. A. B. ὦ γηραιέ. Hanc formam non nisi metri caussâ usurpasse videntur Tragici.

67. παλαίτεροι quam παλαίτατοι convenientius esse sententiæ inde apparet, quod πρεσβύτεροι, γεραίτεροι, νεώτεροι, et similia usurpantur, potius quam πρεσβύτατοι, γεραίτατοι, νεώτατοι[2].

69. ἐλᾶν. Aldus ἐλᾷν. In Præfat. ad Œd. T. p. 8. inconsiderate dixi Aldinam editionem Euripidis hos infinitivos sine ι subscripto exhibere. In primis tribus fabulis necnon in priore parte quartæ diphthongum plerumque exhibet, in sequentibus simplicem vocalem. Ut

---

μή μ' ἀφέλῃς, quod Brunckius illius imperitiæ tribuit. Sed vide ne hac scripturâ contineatur legitima crasis μᾶφέλῃς, ut τἀγαθοῦ et sim."

[1] "Fortasse haud constat articulum cum υ et ι præterquam in θοἰμάτιον et θοὔδατος (ita enim scribit) nunquam colliquescere." Lobeck. ad Aj. 9. his. ll. e Lysistr. et Athenæo collatis. Vide et Schneider. de dial. Trag. p. 309.

[2] Recte igitur ad Cycl. 88. γεραίτερον pro vulgato γεραίτατον reposuisse videtur Bothius, quem vide.

alios grammaticos taceam, diphthongum probat Hermannus ad Vigerum n. 168. Simplicem vocalem F. A. Wolf. Analect. Literar. T. I. p. 419.

70. κοίρανος Rom. E. τύραννος. Confusa reperiuntur non solum κοίρανος et τύραννος, verum etiam τύραννος et βασιλεύς[3].

78. πρὶν ἐξηντληκέναι notandum. Noster πρὶν κατεξάνθαι dixit Phœn. 1152. πρὶν κεκυρῶσθαι El. 1069. Aristoph. πρὶν διεῤῥυηκέναι Vesp. 1151. πρὶν καὶ τεθύσθαι Av. 1035. πρὶν ἐμπεπρῆσθαι Lys. 322. πρὶν καὶ γεγονέναι Ran. 1216. Inter πρὶν δειπνῆσαι et πρὶν δεδειπνηκέναι hoc interest, quod δεδειπνηκέναι a cœnante, δειπνῆσαι vero a cœnaturo dicitur. Ab utroque diversum πρὶν δειπνεῖν, quod non *priusquam cœnavero* significat, sed *priusquam cœnatum eo*. Sed hæc discrimina non semper servantur. Plura de ἐξαντληκέναι vide ad Heracl. 169[4].

82. δεσπότης γάρ ἐστ' ἐμός. al. δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμός. Si vera sunt quæ de accentu τοῦ ἐστὶ dixit Hermannus, aliud est δεσπότης γάρ ἐστ' ἐμὸς, aliud δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμός. Ait enim in libro de emend. Rat. Gr. Gram. c. XXIII. p. 84. "Verbum ἐστὶν enim duas habet significationes, unam quæ simpliciter copulæ, quam logici vocant, munere fungitur, et prædicati alicujus accessionem requirit, ut τοῦτ' ἐστὶν ἀληθές; alteram, quæ ipsa in se conclusum habet prædicatum, ut ἔστι θεός." Priori significatione ἐστὶ vel ἐστι scribendum censet, alterâ ἔστι.

85. ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ. Scripsit Euripides τῶν πέλας ni fallor. Eodem sensu reperitur τῶν πλησίον apud nostrum Hec. 982. Σῶσόν νυν

---

[3] κοιρανεῖν et τυραννεῖν confusa notat Pors. Advers. p. 153.

[4] Pflugk. in h. l. contulit Troad. 443. δέκα γὰρ ἀντλήσας ἔτη. κ. τ. λ. "decem annorum laboribus exhaustis."

αὐτὸν, μηδ' ἔρα τῶν πλησίον[1], ubi notanda ellipsis articuli non ubivis obvia, *τῶν πλησίον* pro *τῶν τῶν πλησίον*. Singulari *τῷ πέλας* utitur Herod. III. 142. Thuc. I. 32[2]. *τὸν πλησίον* bis Theogn. v. 221. 611. [Deinde in addendis.]

Singulari casu accidit, ut vox *ἄμομφος* ter in unâ fabulâ (sc. Eumen.) ab Æschylo usurpata, extra eam apud Atticos poetas non exstet[3].

86. Apud Tragicos contraria sunt *δίκη* et *κέρδος*. Cf. Heracl. 2. Œd. T. 889.

87. *καὶ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ.* Vulgo

---

[1] Ad Hecubæ vero loc. Hermannus (ed. 1831.) *τοῦ* restituit, quod *τῶν* interpretum curæ deberi, *τοῦ* scil. pro *τῶν τοῦ* dictum indicantium, et quod per singularem apertius Polydorum indicari censet.

[2] Ad Thucyd. I. 32. temere sollicitari *τοῦ πέλας* à Nostro judicat Poppo, qui bis alibi singularem adhiberi ap. Thuc. memorat. II. 37. VI. 12. Ad Theocr. Id. v. 28. hæc Wuestemann. "*τὸν πλατίον* proximum, i. e. alium. Sic *ὁ πλησίος* ap. Theognid. 221. 611. Eodem sensu *ὁ πέλας* ponitur, quod an singulari numero Græci dixerint immerito dubitat Elmsl. ad Eur. Med. 85."

[3] Huc quodammodo pertinet locus vexatissimus Æsch. Choeph. 508. (501.) ubi vulgo legitur *καὶ μὴν ἀμόμφητον δέ τινα τὸν λόγον* quem ut "manifesto spurium" Pors. Præf. Hec. p. XXXIV. not. abjudicavit. Herman. Observ. Critt. p. 97. Schutz. et Butl. delendum censent. Alii aliter emendarunt; quorum Blomf. ita dedit *καὶ μὴν ἀμεμφῆ τονδ' ἐτεινάτην λόγον*, vel *ἄμομφον*. Altera lectio si vera est, quater, non ut Elmsl. credit ter tantum, ab Æsch. vocem adhiberi constat. Retinet vero *ἀμόμφητον* Wellauer. quem secutus Scholef. dedit *καὶ μὴν—ἀμόμφητον δ' ἔτεινα τὸν λόγον*—Aliæ formæ, quot occurrunt, sunt *ἄμεμπτος* Iph. A. 1158. *ἀμεμφὴς* Pind. Ol. 6. 78. *κατάμομφα*, Æsch. Ag. 143. *ἐπίμομφα*, ib. 536. *κατάμεμπτος*. Soph. Œd. Col. 1234. *ἄμωμος* Theocr. Id. 18. 25. Æsch. Pers. 183. *ἀμώμητος* Il. M. 109. et ejusdem est familiæ Homerica vox *ἀμύμων*.

εἰ τούσδε γ'. Nemo autem animadvertit, saltem nemo monuit, Euripidem, si εἰ dixisset, scripturum fuisse, εἰ τούσδε γ' εὐνῆς ἕνεκα μὴ σ. π. Quærenda igitur alia particula, quæ et meliorem sensum reddat, et negativum οὐ sine solœcismo[4] sibi subjici patiatur. Scripsi καὶ τούσδε γ'.

88. ἴτ' (εὖ γὰρ ἔσται) δωμάτων εἴσω, τέκνα. Nemo ignorat multas esse voces quæ duas habent formas, unam communem, etiam a comicis usurpatam, alteram poeticam, tragicorum propriam. Formæ communes, e. g. sunt γόνατα, δούλειος, ἐκεῖνος, μόνος, ξένος, ὄνομα[5], πλείων, φῶς, χεῖρες; poeticæ γούνατα, δούλιος, κεῖνος, μοῦνος, ξεῖνος, οὔνομα, πλέων, φάος, χέρες. Noster Heracl. 132. χερὸς vulgo: hodie mallem χειρὸς, et χεῖρας v. 215. Recte omnes edd. v. 845. Ἰόλαος ἐμβῆσαί νιν ἵππειον δίφρον. Diversa ratio est in Phœn. 1701. ἱερὸς Κόλωνος, δῶμά θ' ἱππίου θεοῦ. Præstat hic ἱππίου non quia iambum in quinta sede præbet, sed quia tragici non dicunt ἵππειον θεὸν, ἵππειον Ποσειδῶ, ἵππειον Ἄργος, ἱππείαν Ἀθάναν, ἱππείαν Ἀμαζόνα et similia. In his etiam comici alteram formam usurpant. Aristoph. Nub. 83.

νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν ἵππιον[6].

Formas poeticas satis multas in senariis usurpant Tragici,

---

[4] "Jure defendunt vulgatum Reis. et Matth. scilicet οὐ omnino non pertinet ad εἰ, sed cum στέργει conjunctum valet μισεῖ." Scholef. in l. [εἰ—οὐ non nisi cum indicativo et ubi εἰ non est conditionalis, sed potius causalis. Cf. Thuc. III. 55. Xen. Anab. I. 7. Hom. Il. Ω. 296. Vide Bernhardy Wissensc. Syntax der Griech. Sprache. p. 386. B. K.]

[5] Noster tamen ad Bacch. 320. statuit "οὔνομα ne metri quidem caussâ usurpant Tragici," quare addit "Corrige meum errorem ad Med. 88." Schneider. de dial. Tragicor. p. 289. "Satis usitata γούνατα, ξεῖνος, &c. non repudiatis tamen communibus formis γόνατα, ξένος, &c."

[6] Plura vide ad Heracl. 845.

sed eâ lege, ut communis in eâdem sede collocata metro adversetur. Jure igitur a Reisigio p. 43. reprehensus mihi videtur Pors. quod scripserit Phœn. 1403. (1397.) πλέων δὲ τοῖς ὁρῶσιν ἐστάλασσ' ἱδρώς. Quamquam non assentior Reis. hanc formam tragicis omnino abjudicanti. Sunt autem formæ communes εἰς et εἴσω, poeticæ vero ἐς et ἔσω, quas comici non omnino usurpant, tragici non nisi metri lege coacti [1]. Quam longissime a veritate abest Brunckii sententia tum alibi passim declarata, tum ad Æsch. Prom. 478. (477.) "Id autem usu percepisse mihi videor, Atticos poetas εἰς et εἴσω fere non adhibuisse, nisi ubi metri necessitas cogeret; alias ἐς et ἔσω prætulisse." Atqui nemo hodie ignorat, ne metri quidem caussâ ἔσω a comicis usurpari. Dixi M. Crit. T. I. p. 180. *Sed neque ἔσω pro εἴσω usurpant Comici, neque εἴσω, si bene memini, pro ἔνδον.* Longe diversam sententiam mihi tribuit Reis. p. 318. "Tragici usurparunt utrumque, ἔσω pariter atque εἴσω: nec puto satis explorate Elmsl. Atticorum omnino esse alterum negasse." Quasi ego de Atticis in universum locutus sim. Ex Comicis ἔσω usurpare videtur Hermippus Ἀρτοπώλισιν: φέρε νυν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω, Καὶ θυμιάσω τοῦ τέκνου σεσωσμένου. Mihi unice verum videtur ἰοῦσ' ἐγώ. Aristoph. Plut. 768.

> φέρε νυν ἰοῦσ' εἴσω κομίσω καταχύσματα
> ὥσπερ νεωνήτοισιν ὀφθαλμοῖς ἐγώ [2].

Tragici vero cum utramque usurparint, haud absurda est sententia, in quinta senarii sede propter iambum ἔσω ab iis prælatum esse. Ita censuisse videtur Pors. licet ple-

---

[1] "ἔσω, εἴσω utraque forma apud Tragicos reperitur, Aristophane ἔσω, ut videtur, repudiante." Schneider de Tragicor. Dialect. Cf. et Dobr. Aristoph. p. 238.

[2] Quid autem si in hoc Pluti loco rectè conjecerit Dobræus ὀφθαλμοῖσι δεῖ vel χρή. (Adversar. Vol. II. p. 143.)

rumque εἴσω retinuerit. Sed persuasum habeo, nihil omnino interesse utrum in hac sede legatur φεύγειν an φυγεῖν, μίμνειν an μένειν, ut pluribus ad v. 941 declarabo. Nulla igitur caussa est, quare in eâ ἔσω potius quam εἴσω exhibeamus.

115. ἀμπλακίας. Reposui ἀπλακίας quam formam Æschylo octies restituit Pors. apud Eurip. vero vulgatam non mutavit. De hac scripturâ consulendus in primis Burneius in Censura Æsch. Glasguensis (*Monthly Review*, Feb. 1796. p. 132.) quem laudat Monkius ad Alc. 247. (241.) ubi nunc recte legitur ὅστις ἀρίστης ἀπλακὼν ἀλόχου. Metro necessarium est etiam ἀπλακὼν Iph. A. 124. ἀπλακήματα Æsch. Eumen. 937[3].

121. τὸ γὰρ εἰθίσθαι. "Nunquam γὰρ," ait Brunckius, "significationem particulæ δὲ induit." Quâ regulâ utens tria Sophoclis loca corrumpit, Œd. Col. 985. Phil. 161. El. 930. Non raro γὰρ dici, ubi δὲ exspectasses, monet Hermannus ad Viger. n. 343. 6.

127. οὐδένα al. οὐθένα. Quod serioris Atticismi esse monet Porsonus.

130. ἔκλυον φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν. Ita noster Alc. 107. ἔθιγες ψυχῆς, ἔθιγες δὲ φρενῶν. In tragico sermone hospes sit necesse est, qui hâc tautologiâ offendatur.

---

[3] De hoc omnes fere consentiunt: Cf. Scholef. Phœn. 23. Æsch. Eumen. 894. et Suppl. 226. ubi dedit ἀπλάκηματα "formam Æschylo forsan semper restituendam," semel tantum (ib. v. 893.) ἠμπλάκηται ob codd. consensum retinuit. Monkius ad Hippol. 145. "Voces ἀπλακεῖν, ἀπλακία, ἀπλάκημα, semper in Tragicis omissâ μ scribendas esse vel ex eo constat, quod multa sunt loca in quibus hanc scripturam metrum flagitet, nullum ubi respuat." Vide et eundem ad Alc. 247. Blomf. etiam ad Prom. 112. ἀπλακημάτων, prout antiquius, in Æschylo scribendum duxit. Cf. et ad Ag. 336. annot. Solus, ut videtur, Wellauerus hodie per μ scribit, qui tamen videndus est ad Eumen. 1.

132. γεραιὰ vide ad v. 62. γεραιὸς mediam corripit apud Eurip. Herc. 115. 447. 901. et alibi passim[1].

133. ἀμφίπυλος adjectivum non nisi ex hoc loco citant lexicographi, sed οἶκον ἀμφίθυρον dixit Soph. Phil. 159.

137–8. οὐκ εἰσι δόμοι· φροῦδα τάδ' ἤδη.
ὁ μὲν γὰρ ἔχει δῶμα τυράννων.

Musg. τὸν μὲν γὰρ ἔχει. Pors. φροῦδα γὰρ ἤδη τάδ' pro φροῦδα τάδ' ἤδη. Matth. nescio quo auctore, χὠ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννου. Malim καὶ ὁ sine crasi. Vide Nostrum Hippol. 246. Iph. A. 5. 15. El. 1317. Sed particulas καὶ μὲν γὰρ ita conjunctas in tragicorum scriptis non inveni. Cæteris conjecturis accedat mea, cui non multum ipse tribuo καὶ δὴ γάρ. ε.λ.τ. Duo verba ὁ μὲν ex altero membro supplenda ut ap. Hom. Il. X. 157. Hanc ellipsin Atticis familiarem fuisse ostendunt Pors. ad Or. 891. Matth. Gr. Gr. § 288. d[2]. Maxime vero

---

[1] Vide tamen Monk. ad Hipp. 170. ubi "mediam syllabam corripit γεραιὰ, quod non alibi factum esse memini in Iamb. Troch. vel Anapæst. legitimis, præterquam Herc. F. 447. et Hec. 274. ubi Pors. γραίας" (sicut et Pflugk. et Hermann.) "leguntur quidem versus anapæstici Hec. 64. et Med. 133. sed uterque in anomalo systemate. In Choricis similem licentiam adhibuit Euripides Phœn. 1302. ubi δειλαίας secundâ brevi occurrit, et Æsch. Suppl. 381. ubi ἱκταίου." *Si Sana sit* ait Scholef. in loco, ubi Well. cum ἱκταῖος alibi non exstet, Seidleri conjecturam ἱκεσιοὺ prætulit. Vide tamen eundem ad Eumen. 802. Raro γεραιὸς corripere mediam, idque præcipue in Anapæsticis et Dactylicis metris ait Spitzner Gr. Pros. § 6. collato Seidlero de Dochm. 100 f. Ipse etiam Seidler ad Eur. El. 492. παλαιὸν in senario secundâ breviatâ ferri posse se nullo modo persuasum esse profitetur.

[2] Adde Bernhardy Wiss. Synt. p. 309. Non apud Atticos tantum scriptores, sed Pindaro quoque familiaris est hæc Ellipsis. Verum in eâ plurimus est Plato. B. K.

Schæf. ad Bosium. p. 187 = 204. Cf. Herc. 634. 570. 1036. Ita intelligendus Arist. Eq. 597. *πριάμενοι κώθωνας, οἱ δὲ καὶ σκόροδα καὶ κρόμμυα.* Particulæ *καὶ δὴ γὰρ* conjunctæ leguntur infra v. 1076. *καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτόν θ' εὗρον.* Hanc conjecturam dignam quæ cum lectore communicetur existimo, indignam vero quæ in textum admittatur. Adoptavi igitur Musgr. conjecturam *τὸν μὲν γὰρ ἔχει.* "Sed rectius, opinor," inquit Pors. "servabitur nominativus ut *ὁ μὲν* et *ἡ δὲ* accuratius opponantur." Mutatio casus, si opus esset, sexcentis exemplis defendi posset, e quibus unum tantum afferam. Nost. Or. 1402. *τῷ μὲν—ὁ δὲ.* Quod addit Pors. Jasonem rectius dici *ἔχειν* quam *ἔχεσθαι* fortasse verum est, si legatur *λέκτρα.* Sin autem legatur *δῶμα* Creontis regia rectius Jasonem habere dicitur, quam ab eo haberi. Cf. Herc. 614.—E v. 930 infra Elmsl. revocavit *δῶμα* contra plerosque libros.

144. *θανάτῳ καταλυσαίμαν βιοτὰν στυγερὰν προλιποῦσα.* Observent tirones *βιοτὰν* tam a *καταλυσαίμαν* quam a *προλιποῦσα* regi. Quæ constructio frequens apud Tragicos.

147. *ἰαχὰν, οἵαν ἁ δύστανος.* Antistrophicus est 171. *ἔλθοι, μύθων τ' αὐδαθέντων.* Si certum esset *ἰαχὰν* mediam apud Atticos semper producere, facile reponi posset *ἀχὰν*, ut monui ad Heracl. 752. De voce *ἠχὴ* consulendus instar omnium Piers. ad Mœr. p. 175. Dorica forma *ἀχὰν* restituenda Æsch. Theb. 921[3]. *δόμων μάλ' ἀχὰν ἐς οὖς προπέμπει Δαικτὴρ γόος.* Libri *ἀχὼ, ἀχὴν, ἀχά.* Omnes etiam

[3] *ἀχώ.* Blomf. et Scholef. quod in textu Wellau. in notis vero *ἀχὴν* dedit; varie versum disponunt. De vocibus *φάρος, λακέω, δραχμὴ* consulendus Maltb. Thesaur. quæ omnia, sicut et *ἰαχὴ*, tetigit auctor Attic. Indicum. qui *φάρος* Ionicis longam, Atticis brevem esse contendit. *λέλακα* secundâ productâ occurrit Hec. 1110. Ach. 410. Vide et Dobr. in Addend. ad Plut. 1020. de *δραχμή.*

αὐτοὺς pro οὖς. Sed ἰαχὰν mediâ correptâ defendit noster El. 707. κάρυξ ἰάχει βάθροις. Cui versui respondet 721. πείσας ἄλοχον φίλαν. Ubi gratum mihi fecisset Euripides, si ἄκοιτιν scripsisset. Verum in hac voce, ut in φάρος aliisque quibusdam, nonnihil licentiæ poetis Atticis concedendum videtur. Participium διαλακήσασα tertiam producit apud Arist. Nub. 409. Subjunctivus λακήσῃς primam corripit Pac. 381. Δραχμὴ priori productâ quinquies apud comicos reperitur.

I. Vesp. 689. II. Pac. 1200. Hunc scripturam temere ab aliis sollicitatam ipse etiam corrigendo corrupi ad Acharn. 178. p. 120.

III. Plut. 1020[1]. IV. Philippides ap. Athen. p. 230 B. V. Antiphanes p. 299 E.

Si unum tantum de his quinque exemplis exstaret, quis vulgatam scripturam defendere auderet?

156. ὀδυρομένα[2]. Musgr. in annot. δυρομένα, quod admisit Brunckius, apposito tamen elisionis signo, quod

---

[1] Vide omnino quæ in hanc partem exempla congessit Dobr. Adversar. Vol. II. p. 147.

[2] Breviatam formam cum Porsono receperunt Scholef. et Wellauer. ad Æsch. ll., Hic vero ad Theb. 638. "ὀδύρομαι Tragicis sine jure denegat Pors." rursus ad Pers. 903–906. πάνδυρτον utrobique ob metrum recipit. Ad Androm. 397. τί ταῦτ' ὀδύρομαι Pflugk. restituit ubi, inquit, "τί ταῦτα δύρομαι Pors. ad Hec. 734. adversante Hermanno." Ipse tamen Herm. ad Hec. 720. "δύρει edidimus cum Pors. qui hanc hujus verbi formam analogiâ, grammaticorum auctoritate, poetarumque exemplis confirmavit." Monkius (Mus. Crit. I. 209.) statuit "δύρομαι æque ac ὀδύρομαι Tragicis fuisse in usu." Certior tandem factus est, ut videtur, Elmsleius, quippe qui ad Œd. Col. 1439. alteram formam pæne abjudicet, cum unus tantum locus eam postulet, Phœn. scilicet 1750. Quid autem si ibi repetatur τί ita ut currat versus

ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ, καὶ μάτην τί δύρομαι;

delevit Pors. Hunc vide ad Hec. 728. Ita se res habet. Verbum ὀδύρομαι metro vel numeris nocet apud Æsch. Prom. 271. Pers. 584. Soph. Œd. T. 1218. Eur. Hec. 740. Med. 156. Andr. 397. Utraque forma æque convenit apud Æsch. Prom. 643. Theb. 662. Soph. Œd. Col. 1439. Ant. 693. Aj. 327, 383. Eur. Suppl. 770. Iph. T. 482. Apud Eur. vero Phœn. 1750. ex necessitate legitur, ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὀδύρομαι. Verbalia ὀδυρμὸς, ὄδυρμα, et similia nunquam *o* amittere videntur.

Ibid. εὐνέταν. Brunck. metri caussâ εὐνήταν scripsit. Quæ forma licet analogiæ non repugnet, non magis usurpata est quam ἱκήτης, γαμήτης, εὐεργήτης, κυνηγήτης. Quamquam masculinum εὐνήτης a feminino εὐνήτρια defendi videtur, quod exstat apud Soph. Trach. 294. Quod si quis a masculino εὐνέτης femininum εὐνέτρια derivari censet, sciat omnia hujus formæ feminina apud Atticos antepenultimam longam habere, ut θεάτρια, ποιήτρια, συκοφάντρια, ψάλτρια. Non Attice locutus est Ioannes Chrysost. T. XI. p. 113. a Bastio ad Gregorium p. 260. citatus, cum δραπέτριαν dixit. Cratinus fabulam suam Δραπετίδας inscripsit. Sic non προδότριαν sed πρόδοτιν dixere veteres.

161. αὐτοῖς μελάθροις Anglice reddi possunt, ***House and all.*** Frequentissimus est hic pronominis αὐτὸς usus, quando alicujus hominis aut rei interitus aut pernicies significatur. Æschylus Prom. 219. ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθὴς Κευθμὼν καλύπτει τον παλαιγενῆ Κρόνον, Αὐτοῖσι συμμάχοισι. Ibid. 1045. χθόνα δ' ἐκ πυθμένων Αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι. Noster Or. 1515. οὐ γὰρ, ἥτις Ἑλλάδ' αὐτοῖς Φρυξὶ διελυμήνατο; Suppl. 925. καὶ μὴν τὸν Οἰκλέους γε γενναῖον τόκον Θεοὶ, ζῶντ' ἀναρπάσαντες εἰς μυχοὺς χθονὸς Αὐτοῖς τεθρίπποις, εὐλογοῦσιν ἐμφανῶς. Iph. 534. ἐλθόντες αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις Ξυναρπάσουσι (malim ξυναρπάσονται) καὶ κατασκάψουσι γῆν. Cycl.

700. οὐ δῆτ', ἐπεί σε, τῆσδ' ἀποῤῥήξας πέτρας, Αὐτοῖσι συνναύταισι συντρίψω βαλών. Herc. 1306. ἄνδρ' Ἑλλάδος τὸν πρῶτον αὐτοῖσιν βάθροις Ἄνω κάτω στρέψασα. Aristophanes Thesmoph. 824. τοῖς δ' ἡμετέροις ἀνδράσι τούτοις Ἀπόλωλεν μὲν πολλοῖς ὁ κανὼν Ἐκ τῶν οἴκων αὐτῇ λόγχῃ. Ran. 478. τὼ νεφρὼ δέ σου Αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ᾑματωμένω Διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι. Ib. 566. τί δαί; τὸ πολὺ τάριχος οὐκ εἴρηκά πω, Μὰ Δί', οὐδὲ τὸν τυρόν γε τὸν χλωρὸν, τάλαν, Ὃν οὗτος αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιε. Ex hâc significatione oritur, quod hic loquendi modus in imprecationibus frequentatur, ut nostro loco. Aristoph. Eq. 2. κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν Αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί. Ib. 6. κάκιστα δῆθ' οὗτός γε πρῶτος Παφλαγόνων Αὐταῖς διαβολαῖς. Pac. 1287. κάκιστ' ἀπόλοιο, παιδάριον, αὐταῖς μάχαις. Av. 1257. Διαῤῥαγείης, ὦ μέλ', αὐτοῖς ῥήμασιν. Ran. 228. ἀλλ' ἐξόλοισθ' αὐτῷ κοάξ. Οὐδὲν γάρ ἐσθ' ἄλλ' ἢ κοάξ. Hinc legendum suspicor Vesp. 1449. οἴμ' ὡς ἀπολῶ σ' αὐτοῖσι τοῖσι κανθάροις. Vulgo. οἴμ' ὡς ἀπολεῖς. Dicitur οἴμ' ὡς ἀπολῶ σ' ut οἴμ' ὡς τεθνήξεις Ach. 590[1].

163. ἀπενάσθην. Apud Hom. Hesiod. ceterosque veteres, qui activam formam ἔνασσε usurpant, media ἐνάσσατο et passiva ἐνάσθη idem significant, ut χολωσάμενος et χολωθείς. Attici vero ἐνάσσατο pro ἔνασσε usurpant. Sic ἀπενάσσατο Eur. Iph. T. 1259. καταναςσαμένη Æsch. Eum. 932. Passivum ἀπενάσθην habet noster etiam Iph. T. 175. κατενάσθην Phœn. 215. κατένασθεν Arist. Vesp. 660.

179. σπεῦσον, πρίν τι κακῶσαι. Brunck. σπεῦσαι admisit cum hâc annotatione: "σπεῦσαι, *Festina*. Sic bene mem-

---

[1] Cf. Schæf. ad Bos. p. 745. &c. Lobeck. ad Phryn. p. 100. Hermann. de Ellips. p. 164. Bernhardy. Syntax p. 101. Hæc constructio, frequens est apud Homerum, Aristophanem, Euripidem, ter apud Æsch. ter ap. Sophoclem obvia est. B. K.

branæ." Non magis dicitur σπεύδομαι quam χαίρομαι[2]. Pors. σπεῦσον revocavit. Hic etiam versus non congruit cum strophico. v. 155. Ζεύς σοι τάδε συνδικήσει. Si πρὶν ἢ apud Atticos poetas exstaret (nam de prosæ orationis scriptoribus nulla controversia est), audacter reponerem σπεῦσον δὲ πρὶν ἢ κακῶσαι. Apud Neophr. vulgo legitur πρὶν ἢ 'ξαμαρτεῖν. Dixisset Euripides, ni fallor, πρὶν ἐξαμαρτεῖν. Olim legebatur apud Arist. Ran. 1215.

ὅντινάγε, πρὶν μὲν ἢ φῦναι, Ἀπόλλων ἔφη
ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν καὶ γεγονέναι.

Codd. plerique πρὶν φ. μ. Α.—unde Brunck. π. φ. μ. ὦ 'πόλλων. Hodie scribimus Ἁπόλλων.

186. ὁρμηθῇ. Barnesius diserte ὁρμάθῃ. Idem ὁρμάθω pro ὁρμαθῶ Andr. 860. E Barnesii sententiâ "verbum poeticum" ὁρμάθειν in indicem retulit Heslerus, ejusdem scilicet forma, cujus ἀμυνάθειν, διωκάθειν, εἰκάθειν, εἰργάθειν. Quæ omnia apud Atticos scriptores exstant. Incredibilem stupiditatem Barn. vide, qui non recordatus sit, hæc omnia, nec non τελέθειν, μινύθειν, φθινύθειν et similia, penultimam semper corripere, secus ac suum ὁρμάθῃ, quod penultimam producit. [Deinde in addendis hæc.] Rectius ἀμυναθεῖν, διωκαθεῖν, εἰκαθεῖν, εἰργαθεῖν, ut ἀγαγεῖν. Aoristus est ἠμύναθον, neque usquam legitur præsens ἀμυνάθω nisi apud grammaticos. Recte Photius: Ἐμύναθον. ἤμυνα. Eur. Andr.

---

[2] Paullo festinantius, ut videtur, Noster hæc statuit, σπευδομένα enim occurrit ap. Æsch. Agam. 147. ubi consulend. Blomf. σπευδόμεναι Eumen. 340. Similiter de passivo disserendi ansam præbuit Herodot. VII. 53. ubi σπεύδετε prætulit Valckn. pro vulgato σπεύδεται, quod "vix alibi reperitur apud veteres." Contra Schweigh. non videt quid incommodi habeat passivum σπεύδεται, scil. ἡμῖν, *studetur a nobis*, (i. e.) *studemus, quærimus*." Nos ferè dicimus *I am in haste*.

De usu particulæ πρὶν cum infin. aor. vide Dobr. Advers. T. I. P. I. p. 337.

722. ἢ μὴ ξίφος λαβοῦσ' ἀμυνάθοιτό σε ἜΕδεισας. Nemo ignorat huic sententiæ melius convenire ἀμύναιτο quam ἀμύνοιτο. Arist. Vesp. 1197. (ἐδιώκαθες sequente ἔδραμες.) Si ἐδιώκαθες præteritum esset imperfectum, non ἔδραμες sed ἔτρεχες vel ἔθεις dixisset poeta. Frustra igitur διωκάθει Æsch. Choeph. 287. tribuit Porsonus, frustra participium præsentis temporis διωκάθουσα Philem. apud Athen. p. 288. E. Casaubon. (scribend. διώκουσι.)—De διωκαθεῖν consulendus Ruhnk. ad Timæum p. 87. in cujus annotatione vix quidquam desiderarem, si monuisset ἐδιώκαθον aoristum esse. Præter hos quatuor, aoristus est etiam ἐκίαθον, sed ab Atticis non usurpatum[1].

191. εὕροντο. alii ηὕροντο scribendum contendunt, alii εὕροντο[2]. Matthiæ Gr. Gr. 167. b. in εὑρίσκω diphthon-

---

[1] Recenset Ruhnk. quod omisit Noster, compositum ὑπεικάθω: occurrit autem Soph. El. 363. τούτοις ὑπεικάθοιμι.

Ad Andr. 860. τίνος ἀγαλματῶν ἱκέτις ὁρμαθῶ; Pflugk. qui citat Nostrum, citat quoque Jacobsii Curis secundis, p. 67. lectionem: τίνος ἄγαλμα θεῶν ἱκέτις ὁρμάθω; Ad Choeph. l. 287. "Rectius scribi διωκαθεῖν &c. aoristo tempore docet Elmsleius." Blomf. διωκάθει Porsoni "recte improbante Elmsleio." Wellau. Cf. Piers. ad Mœr. p. 87. § 118. Contra videndus Stallbaum. ad Plat. Gorg. § 483 E. ubi ἐδιώκαθες imperfectum esse diserte arguit, sed rationibus, ut videtur, vix satis firmatis. Errasse etiam Elmsleium contendit Spitzn. Gr. Pros. § 50. cui argumento sunt formæ plane præsentes φθινύθω, μινύθω. Denique ad Iph. A. 916. ἀμυνάθειν contra Nostrum retinuit Hermannus. Cf. Dobr. Adversar. Vol. II. p. 27. [De hac quæstione confer omnino Buttmann. Ausf. Gr. Gr. § 112. B.K.]

[2] Blomf. in Præfat. ad S. c. Theb. nihil certum de hoc, nisi quod ad veterem scripturam pertinet, vocales scilicet longas Tragicorum sæculo nondum Athenas pervenisse. Idem ad Prom. 463. monet Porsonum sententiam mutasse et εὕροντο et similia edidisse, eo quod Attici augmentum plusquam perfecto reservarint. Augmentum in talibus non usurpasse Thucydidem

gum mutari negat, licet reperiatur ἐξηυρέθη apud Aristoph. Pac. 128. Adde ηὑρέθη, quod apud Soph. Ant. 406. exhibent omnes edd. ante Turnebum. Seidlerus quoque ad Eurip. El. 380. (382.) in hoc verbo augmentum non poni affirmat. In aliis fieri non negat. [Vide exempla quot collegit Noster ad Heracl. 305.]

201. ἰαχάν. Fortasse legendum ἴαχον media producta, quam formam bis in unâ fabulâ usurpat Eurip. Troad. 825. 1228[3].

211. θυραῖος pro ἀλλότριος, cui contrarium est οἰκεῖος, sæpe usurpatur. Haud raro etiam ἴδιος, cui contrarium est κοινὸς, cum οἰκεῖος confusum reperies. ἀλλότριος vero aut θυραῖος pro κοινὸς usurpatum legere non memini[4].

214. δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν al. ἔνεστιν. Quod paullo numerosius est, ideoque a Pors. prælatum est. Reis. p. 249. numerosius ἔνεστ' ἐν quam ἔνεστιν sibi videri ait. Etsi Reis. non assentior, vulgatam satis numerosam puto. Cæsuram in medio versu defendunt tria exempla ex eâdem fabulâ petita vv. 232. 457. 982. [Quibus alia plusquam triginta adjecit.] Nec desunt Tragœdiæ, quarum primus versus, qui præ omnibus numerosus esse debet, hanc cæsuram habeat. Æschylus Choeph. Euri-

---

cydidem contendit Poppo Prolegom. cap. XVIII. quem vide. Hæc etiam Schneider de Dial. Trag. p. 282. "Verbum εὑρίσκειν neque in alio sermone, neque in Tragico augmentum recipere solet." Contra Stallb. ad Plat. Gorg. p. 230. formam ηὑρίσκομεν Atticis scriptoribus ubique reddendam putat, sicut et ηὐδοκίμει infra p. 233. [Vide Scholef. ad Eur. Hec. 18. Buttmann Ausf. Gr. Gr. § 84. 6. 4. B. K.]

[3] ἰαχοῦσ' vero in priore loco *metri causâ* Seidler. qui et in altero ἴακχον, quod sine causâ factum arguit Noster ad Heracl. 752. ubi plura vide.

[4] Cf. Soph. Philoct. 158. ἔναυλον ἢ θυραῖον; sic et ad Ajac. 803. ὕπαυλος et θυραῖος opposita habes.

pides Alc. et Suppl. Diverso exordio usi essent Tragici, si hujusmodi versus auribus minus grati fuissent. Versus sunt in primis quatuor fabulis triginta septem, qui omnes elisionem post tertium pedem habent, præter Hec. 1141. (1159[1].) γένοιτο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν. Qui et ipse elisionem quodammodo habet. Nam διαδοχαῖς Atticis auribus idem fere sonabat quod διαδοχαῖσ'. Quid igitur dicemus? Casune accidisse ut prius hemistichium toties in vocalem desineret quæ elidi posset, alterum a vocali inciperet? Est quidem qui hoc dixerit, Herm. scil. Elem. Doctr. Metr. p. 117. Sed vereor ne non satis considerate. [Noster ad Aj. 382. γέλωθ' pro γέλων prætulit, adversante Hermanno. Mus. Crit. T. I. p. 359. 477. vide et ad Eur. Suppl. 303. Diar. Class. T. XVI. p. 428. 432[2].]

215. ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς,
στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος.

Eustathius ἐκμάθῃ. "Utraque lectio proba," inquit Pors. "Sæpe enim πρὶν cum subjunctivo jungunt Tragici, omisso ἂν, quod in sermone familiari semper requiritur." Subjunctivum non usurpant Tragici, nisi in priore membro, quod hic est ὅστις στυγεῖ δεδορκὼς, adsit negandi aut prohibendi significatio. Ita noster 270. κοὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν, Πρὶν ἄν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω. Ita etiam v. 662.

ἀσκοῦ με τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα (jussit Apollo)
πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.

[Regulam plurimis confirmat exemplis, iisque asteriscum affixit, quibus abest ἂν, quod in sermone familiari non

[1] Cf. hic Hermanni annotata. (Edit. 1831.)

[2] Hæc autem Hermanni sententiam mutare non valent; "Qui meminerint," inquit ille, "elisionem non officere cæsuræ, nihil tribuent illi observationi."

licere monet Pors.] Tria sunt Aristophanis loca, quæ huic regulæ adversari videantur.

I. Ran. 1314. μὴ, πρίν γ' ἀκούσῃς χἀτέραν στάσιν μελῶν. Reis. p. 66. μὴ, πρίν γ' ἂν ἀκούσῃς. In hoc metro raro ponitur anapæstus cujus prima syllaba sit ἄν. Nescio igitur an legendum πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς, ut μὴ, vel potius μὴ μὴ, extra versum sit[3].

II. Eccl. 624. κοὐκ ἔξεσται—πρὶν—χαρίσωνται. Recte Reis. p. 65. χαρίσασθαι[4].

III. Ib. 747. πρὶν ἐκπύθωμαι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει. Hunc tragicum esse senarium suspicatur Reis. Equidem malim πρὶν ἂν πύθωμαι. In Lys. 1005. recte ποιησώμεσθα reposuit Brunck. sed non vidit superiore versu legendum esse πρίν χ' ἅπαντες[5], id est, πρίν κα ἅπαντες, Dorice pro πρὶν ἂν ἅπαντες.

Idem de optativo statuendum est. Soph. Phil. 551. ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι, Τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι κ.τ.λ. Ib. 961. ὄλοιο μήπω, πρὶν μάθοιμι κ.τ.λ. Adde ἴδοιμι Œd. T. 505. ἀνύσειε Trach. 695. Interdum abest particula negativa, ita tamen ut maneat sensus negativus.

I. Soph. Ant. 175. ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν Ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν Ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ. Idem ac si dixisset οὐκ ἂν ἐκμάθοις, ut in Trach. 2. Negativam particulam in adjectivo ἀμήχανον includi, vix opus est ut moneam. Idem dicendum esset, si δυσμήχανον scripsisset Poeta. Soph. Œd.

---

[3] Sed ad Acharn. 176. πρίν γ' ἂν hic restituendum censet Noster; Ita edidit Dindorf.

[4] "Lege χαρίσασθαι cum Porsono apud Gaisford. ad Eur. Suppl. p. 206." Dobr. Aristoph. p. 201. qui et in Addendis Nostrum laudat. χαρίσωνται retinuit Dindorf.

[5] "Malim πρίν κα—κα 117. 1101." Dobr. ad Lysistr. l. Adversar. Vol. II. p. 248.

T. 12. *δυσάλγητος γὰρ ἂν Εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.* Ubi *δυσάλγητος* pro *οὐκ εὐάλγητος* accipiendum esse ostendunt particula *μὴ οὐ*, quæ nunquam ita collocantur nisi in sententiis negativis. *αἰσχρὸν* pro *οὐ καλὸν* a Xenophonte dictum indicat Hermannus de Ellipsi et Pleonasmo, p. 220.

II. Eur. Or. 1218.

φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος,

ἢ ξυμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς

ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ. Quasi præcedat *φύλασσε μή τις*, ut in Iph. A. 145. Xenoph. H. G. v. 4. 28.

III. Heracl. 180.

τίς ἂν δίκην κρίνειεν, ἢ γνοίη λόγον,

πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ; τίς hic valet *οὐδείς.* Hæc igitur tria loca, et si qua alia his similia occurrunt, negativa sunt. Contra non desunt loca, quæ reverâ affirmativa sunt, licet particulam negativam exhibeant.

I. Eur. Andr. 1067. *οὐκ ὅσον τάχος Χωρήσεταί τις— πρὶν παῖδ' Ἀχιλλέως κατθανεῖν;* Nemo nescit *οὐ χωρήσεταί τις* cum interrogatione idem esse quod *χωρησάτω τις.* Eur. Ion. 524. *οὐκ ἀπαλλάξει, πρὶν—λαβεῖν;* Incert. Rhes. 684. *οὐκ ἐρεῖς πρὶν—μολεῖν;* Aristoph. Ran. 480. *οὐκ οὖν ἀναστήσει ταχὺ, Πρίν τινά σ' ἰδεῖν ἀλλότριον;*

II. Trag. Rhes. 222. *οὐδ' ἀναιμάκτῳ χερὶ Ἥξω πρὸς οἴκους, πρὶν φάος μολεῖν χθόνα.* Nihil hic efficit *οὐ*, nisi quod tollit vim negativam adjectivi *ἀναιμάκτῳ.* Sensus est, *Cruentis manibus domum ante lucem redibo.* Si legeretur *μόλῃ*, sensus esset *incruentis manibus domum ante lucem non redibo.* Illud putantis est se rediturum, hoc nescientis utrum rediturus sit, necne. Minime autem prætermittendum est in hâc disputatione, pro subjunctivo haud raro usurpari infinitivum, licet subjunctivus pro infinitivo nunquam, quod sciam, usur-

petur. Noster v. 92. οὐδὲ παύσεται Χόλου, σαφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα. Quem infinitivum nemo sollicitabit, qui sciat Æsch. simili constructione dixisse θρασυνθῆναι Suppl. 779. βαλεῖν Theb. 1056. ἐξαφρίζεσθαι Ag. 1076. Soph. κλύειν Trach. 197. εἰδέναι Ib. 632. ἰδεῖν Aj. 1419. Eur. θέσθαι Herc. 605. προσιδεῖν Cresphonte Fr. IV. 6. Aristoph. ἐπιστῆσαι (vulgo ἐπίστασθαι) Eccl. 585. ἀφικέσθαι Ib. 616. χαρίσασθαι Ib. 625. In hac enumeratione duo loca consulto omisi, quæ digna sunt ut integra apponantur.

Eur. Alc. 358.

εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶσσα καὶ μέλος παρῆν,
ὥστ' ἢ κόρην Δήμητρος, ἢ κείνης πόσιν
ὕμνοισι κηλήσαντά, σ' ἐξ Ἅιδου λαβεῖν,
κατῆλθον ἄν. καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων,
οὔθ' οὑπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων
ἔσχον, πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον.

Incert. Rhes. 59.

εἰ γὰρ φαεννοὶ μὴ ξυνέσχον ἡλίου
λαμπτῆρες, οὐκ ἂν ἔσχον εὐτυχοῦν δόρυ,
πρὶν ναῦς πυρῶσαι, καὶ διὰ σκηνῶν μολεῖν,
κτείνων Ἀχαιοὺς τῇδε πολυφόνῳ χερί.

Nullus hic subjunctivo locus est, neque, ut mihi videtur, optativo. Postulat linguæ indoles, ut aut infinitivus adhibeatur, aut indicativus κατέστησα, ἐπύρωσα, ἔμολον. Demosth. adv. Lept. p. 555. C. χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον, πρὶν ἢ παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε γραψάμενος. Quo exemplo utitur Zeun. ad Viger. p. 442[1].

---

[1] "Accuratius regulam tradit Elmsleius." Scholef. in Hec. v. 215. "Elmsleii notam lector summo cum fructu consulet." Monk. ad Alc. 865. Conf. et Stallb. Plat. Phæd. p. 40. [Cf. Bernhardy. Syntax. p. 400. B. K.]

240. De voce ἄση copiose dixit Piers. ad Mœridis verba p. 59. ἄση Ἀττικῶς. ἀηδία Ἑλληνικῶς. Apud Atticos Poetas rarius legitur. Æsch. Ag. 134. ἄσα. Ib. 739. ἄσαισιν. Ita metri caussâ pro ἄτα et ἄταισιν legendum viderunt viri docti[1].

241. πρὸς ἥλικα τραπείς. Pors. ex conjecturâ ἥλικας. Quæ scriptura sententiæ quidem prodest, metro vero necessaria est, modo vera sit quæ dixit Pors. ad Or. 64. Matth. contra est sententia syllabum brevem in fine vocis produci posse ante τρ, χρ et similia.

254. τοσοῦτον οὖν σου. al. τοσοῦτο δ' ἐκ σοῦ. τοσοῦτο veteribus Atticis abjudicavi ad Œd. T. 734[2].

257. ἥν τ' ἐγήματο. Vertunt *et eam quam duxit*; quo sensu ἥν τ' ἔγημεν dicturum fuisse poetam nemo nescit. Dixit quidem Grammat. apud Bekk. Anect. Gr. p. 86. γαμῶ ἡ γυνὴ λέγει, οὐ γαμοῦμαι. Ἀντιφάνης Ἀσώτοις ἐγημάμην ὁ ἀνὴρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἔγημα. Sed eodem jure afferri possent Martialis verba, *Uxori nubere nolo meæ*, contra eos qui *nubere* de viro non usurpari docent. Quo sensu γαμεῖσθαι de viro dicatur intelligi potest ex Anacreontis verbis ap. Ammonium v. Γῆμαι: καὶ θαλάμοις,

---

[1] ἄγα vero et ἄγαισιν in ll. citatis receperunt Blomf. Wellauer. et Scholef. "Vox Æolensibus usitata fuit ἄσα." Blomf. ad Sapph. Fragm. Mus. Crit. I. p. 3.

[2] Dedit tamen Scholef. ad Prom. V. 820. τοιοῦτο μέν σοι: ubi Elmsl. τοιοῦτον ἔν σοι. Blomf. τοιόνδε μέν σοι. Ad Agam. 306. Scholef. et Dindorf. τοιοῦτο ξύμβολον, ubi Blomf. hæc. "τοιοῦτο forma, ni fallor, Ionica fuit; Attici dicebant τοιοῦτον et τοσοῦτον." citat ibidem Nostrum in Cens. Edin. T. XVII. 239. τοιοῦτον edidit Well. "non tamen propterea Prom. 820. emendatione egere ratus, nam et altera forma, ubi metrum postulabat Tragicos usos esse certum habet." Quod ad Thuc. attinet Poppo. Prol. C. XVIII. "De τοιοῦτο et τοιοῦτον difficile est judicatu, atque utrumque ferendum videtur."

ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο. Deinde, ut recte monet Pors., Græcè non dicitur γαμεῖσθαί τινα sed γαμεῖσθαί τινι. Vulgata igitur duplici vitio laborat. Reposui ἥ τ' ἐγήματο[3].

259. πλέᾳ: Soph. El. 1405. Ita scribo pro πλέαι, quod analogiæ repugnat. A masculino πλέῳ derivatur fem. πλέᾳ. Non mirum hoc neglexisse librarios, qui passim pro πλέων scripserint πλέον[4].

263. θαυμάζω: al. θαυμάσω. Futurum est θαυμάσομαι. Æsch. Prom. 475. Eur. Alc. 155. Iph. T. 1318[5].

---

[3] "Verisimillimum videtur quod reposuit Elmsl." Pflugk. in l. "Fortasse nihil mutandum est." Seidler. ad El. 246.

Huc quoque respexit de formis τιμωροῦντας et τιμωρουμένους Dobr. Adversar. T. I. p. 215.

[4] "Acutè observavit Elmsleius ad Med. 259." Herman. πλέων pro vulg. πλέον restituit Noster e Brunckii monitu ad Œd. Col. 1162. "πλέον vulgo: dedi πλέων quod Atticum est." Monk. ad Alc. 743. "De formis πλέος et πλέως hoc tenendum, illud communi, hoc Atticæ dialecto esse proprium, Tragicosque passim etiam πλέος dixisse, ut Eur. Alc. v. 730. et Soph. Œd. Col. v. 1162. quamvis hic πλέων in parte librorum reperiatur." Schneid. de Trag. Dial. Vide etiam Poppo. Prol. Thuc. C. XVIII. p. 223.

[5] Ad Alc. l. Monkius inter alia verba, hæc congessit—ἀκούω, σιγῶ, σιωπῶ, ᾄδω, βοῶ, ἁμαρτάνω, θνήσκω, πίπτω, κλάω, πλέω, πνέω, "quibus futurum activæ formæ aut nunquam aut rarissime tribuunt Attici." [Quibus hæc, et forsan alia, addenda sunt—ἀπολαύω, ἁρπάζω, βιόω, γελάω, γηράω, *διώκω, θέω, κλέπτω, *κολαζω, νέω, ὁράω, ὄψομαι, οὐρέω, παίζω, πηδάω, δείδω, πνίγω, *ποθέω, ῥέω, σκώπτω, συρίττω, χωρέω, τλάω, δύω, ἑστιαω, *προσκυνέω, λακέω, κύπτω, σπουδαζω, βιβάζω, ἀμφισβητέω, πατέω, λοιδορέω, ὀμόω, θρύπτω, *ζητεω, *τεθνήκω, ῥιγέω, μειδάω, *ἀγνοέω, ἀπαντάω, βαδίζω, *ἐπαινέω, ἐπιορκέω, *θαυμάζω, *θηράω, θηρεύω, *οἰμώζω, τωθάζω, ἐγκωμίαζω, χέζω, et anomala βαίνω, βλώσκω, γιγνώσκω, δάκνω, δαρθάνω, διδράσκω, θιγγάνω,

θρώσκω,

267. σὲ τὴν σκύθρωπον καὶ πόσει θυμουμένην
Μήδειαν εἶπον τῆσδε γῆς ἔξω περᾶν.

εἶπον pro λέγω. A λέγω autem diversam esse statuit Hermannus. *Edictum volo* reddit, vereor ne nimis subtiliter. Eur. Ion. 330. τίς, εἶπον. Εἶπον pro imperativo accipiunt interpretes, qui Atticis est εἰπέ. Si sana est vulgata scriptura Anglice vertenda, *Who, I say:* sed malim τίς, εἰπέ. κεἴ κ.τ.λ. Ceterum εἶπον pro futuro ἐρῶ usurpat Aristoph. Eccl. 254.

ΓΥ. τί δ' ἢν Νεοκλείδης ὁ γλάμων σε λοιδορῇ;
ΠΡ. τούτῳ μὲν εἶπον εἰς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν[1].

θρώσκω, κάμνω, λαγχάνω, λαμβάνω, μανθάνω, πάσχω, *τίκτω, τρέχω, τρώγω, φεύγω, εἶμι, οἶδα, ἐσθίω, πίνω, φθίω, τυγχάνω, φθάνω. Verba quæ ita notantur (*) et mediam et activam Fut. I. formam in usu habent. B. K.].

[1] Cf. Dobr. Aristophan. in l. p. 192. Idem Adversar. T. I. p. 541. et infra p. 550. optime inter voces φημὶ et λέγω distinctionem posuit. Φημὶ scil. *I say:* λέγω *I mean.* λέγεται de re notissimâ; φασὶν quoque de re notissimâ, quam obiter tantum attingit scriptor.

Conferendus omnino Platonis locus (Menon. II.) σὺ δὲ αὐτὸς, ὦ πρὸς θεῶν, Μένων, τί φὴς ἀρετὴν εἶναι, εἶπον καὶ μὴ φθονήσῃς. Ita enim scribendum, non εἰπὸν, arguit Buttman. in excursu primo, digno nimirum qui totus excribatur; sed tamen ut chartæ parcam, argumenti ejus ratio hæc est. Citat quidem, quæ Chœrobosci esse verba monet, unde apparet a veteribus receptam fuisse formam εἰπὸν κατὰ Συρακοσίους ὀξυτόνως, utpote ab aor. secundo deductam, alteram etiam ἐν τῷ Μενάνδρῳ εἶπον ab aor. primo deducendam esse. Hoc fragile esse contendit, nec nisi εἶπον veram esse scripturam. In sequentibus hunc Med. locum silet, Ion. vero et Eccles. ll. breviter tractat; in hoc εἴποιμ' omisso ἂν conjicit; Citat præterea Theocr. 14. 11. ubi Kiessl. et Wuesteman. Pind. quoque Ol. 6. 156. (92.) ubi Dissenius consulend. septies ex Epigr. Anthol. allegat; Euphor. apud Athen. XI. p. 503. e Schweighæuseri conjecturâ, et Xenoph. Mem. 3. 6. 3. e suâ introducit. Contendit

273. Aliud est ἐξίασι ab ἔξειμι, aliud ἐξιᾶσι ab ἐξίημι.

274. εὐπρόσοιστος. Exstant apud Tragicos ἀπρόσοιστος, δυσπρόσοιστος, εὐπρόσοιστος, singula apud singulos. Æsch. Pers. 91. ἀπρόσοιστος στρατὸς. Soph. Œd. Col. 1276. δυσπρόσοιστον στόμα. Derivatur a προσφέρεσθαι quod sæpe significat προσιέναι. Hinc etiam adjectivum ἀπρόσφορος, *inaccessus*, Iph. Aul. 287.

277. παραμπίσχειν: al. περιαμπίσχειν. Etiam si ferri posset anapæstus in quartâ sede, hujusmodi composita, in quibus περὶ vocalem sibi subjectam habet, a Tragicis extra melica non usurpari contendit Pors. [vide eundem apud Cens. Menstr. LXXIV. p. 555.]. Vide Soph. Œd. T. 1505. μή σφε περιίδῃς[2]. Aut παραμπέχειν aut παραμπίσχειν legendum, nec facile dici potest utra melior scriptura. Si cui numerorum caussa præstare videtur παραμπέχειν, meminerit Tragicos in eadem versus sede frequenter ἀπαλλαχθεὶς usurpasse, cum potuissent ἀπαλλαγείς. Noster infra v. 591. φευξοῦμαι maluit dicere quam φεύξομαι. Utramque formam, ἀμπέχειν et ἀμπίσχειν, usurpant Tragici. Æsch. Pers. 849. ἀμπέχει. Prom. 520. ξυναμπέχεις. Apud Eurip. vero, ni fallor, hæc forma non exstat. Alteram sæpius usurpavit. Quibus exemplis adductus, παραμπίσχειν nostro

---

Contendit denique hanc formam imperativi neutiquam Doriensibus propriam esse, quamvis in Atthide rariorem. "Huic" (Elmsleio scil. de formis εἰπὲ et εἶπον) "permulta obstant," inquit Lobeck. Phryn. 348. Consulendus denique Dobr. Adversar. Vol. II. pp. 81. 82. 151.

[2] Vide Nostrum in l. Cf. etiam Dobr. Aristoph. ad Vesp. 1020. et in Addend. de pravâ scripturâ περιϊὼν. Ubi loc. Thuc. I. 30. citat, ad quem consulendus Poppo. p. 236. Ad Eccles. 406. Adversar. Vol. II. p. 233. περιαλείφειν pro παραλείφειν proposuit Dobr.

loco scripsi. Nihilo deterius, nec tamen melius esset παραμπισχεῖν.

285. ἀπεχθέσθαι Vulg. ἀπέχθεσθαι. Constat scribendum ἀπεχθέσθαι. Præsens est ἀπεχθάνομαι, ut αἰσθάνομαι, πυνθάνομαι: Aor. ἀπηχθόμην, ut ᾐσθόμην et ἐπυθόμην. Olim legebatur ἀπέχθομαι apud Eur. Hipp. 1260. ubi rectius nunc legitur ἐπάχθομαι. Cum vero hoc compositum exemplo carere videatur, et in cod. Flor. legatur ἀπάχθομαι, suspicor Eurip. scripsisse, οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἄρ' ἄχθομαι κακοῖς[1].

287. Κρέον. [In ultimâ sede]. Lasc. Κρέων. "Quod recipiendum esset," ait Pors., "si plane constaret, longam syllabam Tragicos, cum possent, semper in fine senarii ponere." Ea sententia si vera est, scribendum ἀλγηδόσιν v. 24. ἠνάγκασεν. v. 517. etc. Sed Κρέων non videtur de industriâ esse.

288. ἔβλαψε δόξα: κ.τ.λ. Stobæus ἔβλαψε γλῶσσα. "Male quod ad sensum attinet, ait Pors., neque metro convenientius." Dixit quidem Æsch. Ag. 1638. Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν. Idem apud Photium v. Ὀκτώπουν: κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω. Nec mirum, qui dixerit Suppl. 768. εἶναι. βύβλου δὲ κ.τ.λ. Soph. etiam in initio senarii παίδων δὲ βλαστὰς Œd. T. 717. πασῶν ἔβλαστε El. 400. aliaque ejusdem licentiæ exempla exhibet. Eurip. autem ne in melicis quidem talia habet, nisi semel atque iterum, auctore Pors. ad Hec. 298. Quod infra v. 1223. ἔβλαστε primam corripit, choricæ licentiæ concedendum esse censet Pors. Corruptum judicat quod legitur El. 1014. γυναῖκα, γλώσσῃ. Defendit hanc scripturam Seidlerus[2] exemplis ex Æsch.

---

[1] Consulend. Dobr. Aristophan. ad Plut. 911. ἀπεχθάνει.

[2] Auctoritates ex utrâque parte congessit Spitzner. Gr. Pros. § 7. Fusius disseruit Schneider. Dial. Tr. p. 315. seq.

et Soph. petitis. Fortasse scripsit Eur. γλώσσῃ γυναικὸς (vel γυναικῶν).

290. ἐκδιδάσκεσθαι. "Proprio medii verbi sensu usurpatur. Magister puerum διδάσκει. Pater, qui ad magistrum discendi causâ mittit, διδάσκεται. Sed hæc aliquando a poetis confunduntur[3]." Ita Pors. De medio sensu consulendus Matth. Gr. Gr. § 492. c. Mediam formam activâ significatione usurpat Simonid. ap. Gaisf. n. LIV. p. 377. διδαξάμενος χορὸν κ.τ.λ. Atticus dixisset διδάξας, ni fallor. Ad Arist. Nub. 781. οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι. Sed parum dubito scribendum esse οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἄν σ' ἔτι Ib. 127. legitur διδάξομαι passivo sensu pro μαθήσομαι ut apud Theogn. v. 35. Eur. Hel. 1442. De constructione διδάσκειν σοφοὺς vide ad Heracl. 575. Cf. Matt. Gr. Gr. § 414. 3.

292. Schol. Ἀλφάνουσιν: εὑρίσκουσιν. ἀπὸ τοῦ ἄλφα στοιχείου. Sæpius non legitur apud Tragicos. Comicorum testimonia præbet Suid. v. Ἀλφάνει. necnon Grammaticus apud Bekk. Anecd. Gr. p. 382.

294. δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι: ἀχρεῖος *inutilis* proprie significat, φαῦλος *debilis*. Utrumque τῷ σοφὸς opponitur. De φαῦλος vide Phœn. 499. Hipp. 989.

300. πλημμελής. Si audiendus Grammaticus, primariâ significatione est *absonus*, nostris *Out of tune*. Hinc

---

[3] Imo et apud Philosophos confusa leguntur; e. c. Plat. Protag. in eodem capite (XIV.) υἱεῖς διδάσκουσι et υἱεῖς διδάσκονται in eodem sensu usurpantur, *erudiri jubent*. Inter Poetas conferendus Pind. Ol. 8. 77. τὸ διδάξασθαι δέ τοι εἰδότι ῥαίτερον. Activè sumptum. Occurrit etiam ad Hec. 299. Ἑκάβη, διδάσκου, sicut et ad Plut. 473. καὶ σύγε διδάσκου: *Docendum*, i. e. *docilem te præbe*. [Cf. Tate. Mus. Crit. I. 101. B. K.].

facile deducitur significatio, quâ apud Eur. aliquoties usurpatur. Participium πλημμελήσας exstat. Phœn. 1649[1].

311. ὀρρωδία μοι μή τι βουλεύσῃς κακόν. Scripsit Eurip. ni fallor, μή τι βουλεύῃς κακόν. Non eadem est ratio hujus versus, et 37. δέδοικα δ' αὐτὴν, μή τι βουλεύσῃ νέον. Ibi enim metuit nutrix ne mali aliquid aliquando faciat Medea. Hic vero suspicatur Creon eam jam malum meditari, quippe quæ aliter sentiat ac loquatur. Quo sensu non dicitur μὴ βουλεύσῃς sed μὴ βουλεύῃς. Qui δέδοικα μὴ ἀσθενήσῃ dicit, suspicatur Titium post aliquod tempus ægrotum fore: qui vero δέδοικα μὴ ἀσθενῇ, eum jam morbo laborare putat. Sed legitur apud Soph. Trach. 550.

ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς
ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ.

Ubi futurum tempus significari res ipsa declarat. Sic etiam Aristoph. Eccles. 865.

δέδοικα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τῇ στρατηγίδι,
ὅτ' ἂν κατατιθῶ, προσποιῇ τῶν χρημάτων.

Non sum nescius hujusmodi exempla nonnulla reperiri posse. Sed si centum millia exstarent, non defenderent scripturam quam nunc oppugno. Nam ex eo quod γράφῃ pro γράψῃ nonnunquam usurpatur, temerarius sit qui statuat γράψῃ pro γράφῃ usurpari posse. Arist. Vesp. 1432. ὕβριζ', ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ. Quis non mallet, καλέσῃ si per metrum liceret? Hoc exemplum, et si qua alia ejusdem generis occurrunt, non tollunt discrimen quod inter ἕως ἂν γράφῃ et ἕως ἂν γράψῃ statuunt grammatici. Subjunctivum præsentis proprio

[1] Usurpatur vox ap. Plat. Crit. sub init. πλημμελὲς εἴη (*absque ratione esset*) ἀγανακτεῖν τηλικοῦτον ὄντα, εἰ δεῖ ἤδη τελευτᾶν. Verbum πλημμελεῖν ter in unâ Demosth. oratione (De Coron. sc.) exstat.

sensu usurpat Soph. Œd. T. 747. δεινῶς ἀθυμῶ μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ. Ant. 1103. Arist. Nub. 493. Eccl. 338. ὃ καὶ δέδοικα μή τι δρᾷ νεώτερον. Hic prorsus alienum a sententiâ esset δράσῃ. Utrumque subjunctivum in eâdem sententiâ conjungit, nec tamen confundit, Soph. Phil. 519.

Ὅρα σὺ (id est δέδοικα) μὴ νῦν μέν τις εὐχερὴς παρῇ,
ὅτ' ἂν δὲ πλησθῇς τῆς νόσου ξυνουσίᾳ,
τότ' οὐκέθ' αὑτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς.

De hâc quæstione consulendus Herm. ad Soph. Aj. 272. (279.) cujus sententia si vera est, potius μή τι βουλεύεις quam μήτι βουλεύῃς scribendum. Ait enim: "Discrimen hoc est: μὴ ᾖ, verentis est, ne quid nunc sit, simulque nescire se, utrum sit, necne, significantis; μὴ ἔστι verentis quidem est, sed indicantis simul, putare se, ita esse, ut veretur." Subtiliter, ut solet, vir ingeniosus, sed vereor ut rectè. Ego apud Atticos poetas non memini legere δέδοικα μὴ ἔστι, δέδοικα μὴ ἀσθενεῖ, aut aliquid ejusmodi; nec puto indicativum ab iis usurpari nisi in præteritis verborum temporibus, ut apud Demosth. de Fals. Legat. p. 294. D. δέδοικα μή—ἐμπέποιηκε. de quo loco vide Mus. Crit. T. I. p. 356. Dixit Eur. Hel. 118. σκοπεῖτε μὴ δόκησιν εἴχετ' ἐκ θεῶν. Sed vereor ut hinc recte statuatur licuisse dicere

δέδοικα μὴ δόκησιν ἔχετε πρὸς θεῶν.

Dicitur etiam δέδοικα μὴ εἴη, auctore Herm., significatque *Vereor ne fuerit.* Hujus etiam constructionis exempla desidero. Dixit quidem Herod. ab eo allegatus VII. 103. ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος εἴη. Sed reponendum sine dubio εἰρημένος ἔῃ[2].

---

[2] Hanc rem illustrant duo e Plat. Protag. loca. p. 62. § 322. Ζεὺς οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, Ἑρμῆν πέμπει. κ.τ.λ. et supra p. 54. § 320. δεδιὼς περὶ αὐτοῦ μὴ διαφθαρῇ

318. μὴ πρός σε γονάτων: De usu pronominis in hac supplicandi formulâ dixerunt Valck. ad Phœn. 1659. Hipp. 604. Matt. Gr. Gr. § 465. 3. aliique. Latini etiam *per te deos oro* et alia similia ap. Valck[1]. Hactenus hæc. Pors. μὴ πρὸς σὲ γούνων. Matth. μὴ πρὸς σὲ γονάτων. Recte quidem γονάτων. Genitivus γονάτων sæpissime apud Tragicos legitur, γουνάτων haud raro, γούνων ne semel quidem. Neque melioris notæ videtur γοῦνα, quod

---

διαφθαρῇ δή. ubi videndus Stallbaum. de usu subjunctivi, necnon de vi præpositionis πέρι. Ad Phil. l. 519. ducem Nostrum sequitur Wunderus. Ad Nub. 493. pro δέῃ. "Recte Brunckius e MSS. δέει judice Porsono." Dobr. Aristoph. p. 20. Ad Hel. 118. contulit Pflugk. Or. 208. ὅρα μὴ κατθανὼν......λέληθ' et Plutarch. Pelop. 10. ὁρᾶτε......μὴ διαταράττει. aliaque exempla. Est et ap. Plat. Alc. Sec. sub. init. ὅρα μὴ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει. ubi præclare disseruit Buttmannus. Cui "lubrica res" de Indic. præs. videtur, licet Indicativum aor. "cum certum est quod veretur aliquis," ad Men. 26. satis vindicat. Quem citat Elmsl. Mus. Crit. (I. p. 356.) locus est cum his omnino conferendus; defendit ibi Noster (ad Aj. 278.) ἥκει post δέδοικα, eo quod ἥκω non *venio*, sed *veni*, sicut οἴχομαι non *abeo*, sed *abii* significat. μὴ ἥκεν potius videtur Lobeckio, quem vide. Iterum hanc quæstionem tractavit Noster ad Bacch. 367. [Cf. et Bernhardy. Synt. p. 402. B. K.]

[1] Pronomen σὲ inter præpositionem et nomen inseri, et in plerisque verbum ἄντομαι vel ἱκνοῦμαι vel tale aliquid supprimi monet Monkius ad Hipp. 603. qui etiam eandem formulam tetigit ad Alc. 285. Notum est Virgilianum istud Æn. IV. 314. Mene fugis? per ego has lacrymas dextramque tuam, te.—Oro: ubi præpositio *per*, sicut Græcorum πρὸς, a suo casu pronomine interposito, et a verbo quattuor versibus dividitur. Exempla habes Lucan. x. 370. Per te quod fecimus una; ubi reticetur *oro*. Liv. 23. 9. Per ego te, Fili, precor, quæsoque. Ubi vis est repetitione præter solitum elata. Adde Terent. Andr. 3. 3. 6. Ubi præclara Ruhnkenius.

in Pors. ed. legitur ad Phœn. 866. (859.). Si γοῦνα[2] et γούνων tragicis in usu fuissent, frequenter in eorum scriptis exstarent, quippe quæ pedem disyllabum sæpe præberent ubi γόνατα et γονάτων trisyllabum. Cujus rei minime negligentes fuerunt Tragici. Hinc est quod φάος, verbi caussa, in metro iambico aut trochaico nunquam a tragicis usurpatur, nisi cum in eâdem versus sede stare non potest φῶς. Vulgo legitur apud Eur. Heracl. 969. Χρὴ τόνδε μὴ ζῆν, μηδ' ὁρᾶν φάος ἔτι. "Malim," inquit Musgr. "ordine vocum mutato," μηδὲ φάος ὁρᾶν ἔτι[3]. Nunquam, mihi crede, apud Eurip. φάος ante vocalem in hoc metro reperies, nisi forte in chori carmine, ut apud Soph. Ant. 600. ῥίζας ἐτέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις.

323. πλεῖν pro πλέον in tragico sermone non usurpatur. τέκνα non minus bene, imo rectius in aliquibus sententiis, de uno quam de pluribus dicitur[4].

326. τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν. Noster Iph. A. 895.

Μενέλεως ἀφείλεθ' ἡμᾶς, ὃς κακῶν τῶνδ' αἴτιος.

E nostro loco legendum suspicatur Pors. τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν. Quæ scriptura certe numerosior. Sed Euripides in fine senarii τῆσδ' ἔξομαι habet Hec. 398. τούσδ' εἴδεναι

---

[2] Falli omnino Elmsl., cum γοῦνα, δοῦρα nihili esse arguit, et ab Hermanno in censurâ hujus fab. satis refutari credit Spitzn. Gr. Pros. § 20.

[3] Edidit Noster in l. μὴ δ' ὁρᾶν φάος τόδε—μηδὲ φῶς ὁρᾶν ἔτι. Pflugk.

[4] De τέκνα et τέκνον invicem permutatis vide Well. ad Æsch. Suppl. 720. Sic apud Latinos quoque, Cicero Philipp. I. sub initio dixit "per liberos ejus cum præstantissimis civibus confirmata est (pax);" quod de uno filio intelligendum est; iterum, quod magis mireris, in Orat. pro A. Cluent. § 31. de fœtu adhuc in utero latente bis in eâdem sententiâ dixit "fratris liberos."

ib. 1006. τῇδ' ἡμέρᾳ Or. 440. τῆσδ' ἐσφάλης ib. 1078. ἥδ' Ἕκτορος Andr. 657. τῶνδ' ἐκπεσεῖν ib. 875. τήνδ' εἰς πυράν Suppl. 1065. et alia ejusmodi. Licet ὃς κακῶν τῶνδ' αἴτιος scripsisse videatur Eurip. non quamvis longam syllabam cum elisione in eam sedem quam occupat τῶνδ' promiscue admisit. Non scripsit, v. c. quod Matth. ei tribuit Andr. 423. ἐς ξύμβασιν δὲ χρῆν σε σὴν παῖδ' ἐξάγειν: Scribendum σήν τε παῖδ' ἄγειν.

II. Or. 614. ἔστ' ἀξία Bacch. 246. ἔστ' ἄξια. Præter hæc duo exempla, nusquam apud Tragicos in hac senarii sede reperi ἐστ' aut ἔστ'. Scribendum igitur ἐπαξία.

III. Or. 1035. δεῖ δ' ἢ βρόχους. Scribendum puto δεῖ δὴ βρόχους. Cf. Hipp. 688. El. 71.

IV. Or. 1653. ὃς δ' οἴεται—Νεοπτόλεμος γαμεῖν νιν, οὐ γαμεῖ ποτε. Insolens mihi videtur tam ὃς δ' οἴεται quam Νεοπτόλεμος ultimâ productâ. Utrum corrupta sint, necne, decernere non audeo.

V. Octo sunt nostræ tragœdiæ senarii, in quibus nihil metri intersit utrum τόδ' vel τάδ' scribatur, an τοῦτ' vel ταῦτ'. Scil. vv. 55. 332. 456. 726. 857. 878. 976. 1019. In quinque versibus syllaba brevis vulgo exhibetur, in tribus longa. In XXXII. Tragœdiis LXVII. sunt exempla τόδ' vel τάδ' in quintâ sede. Aliter Æsch. Suppl. 761. ταῦτ' ὦ τέκνα, Soph. El. 409. τῷ τοῦτ' ἤρεσεν; Eur. Hel. 288. τοῦτ' ἔστ' ἐμόν. Non dubito Æsch. τάδ' scripsisse[1], Soph. et Eurip. τόδ'. Apud Æschylum vulgata scriptura hoc nomine suspiciosa est, quod tragici, ni fallor,

---

[1] Hæc Nostri nihili esse, quæque de eadem re dixit Edin. Rev. XXXVII. p. 79. et ab Hermanno in Class. Journ. XLII. p. 355. "bene refutata" censet Wellau. in l.

Ad Andr. 423. Elmsl. sequitur Pflugk. ad Hel. 288. non ita.

Ad Soph. El. = 401. Hæc Herman. "Nullam mutandi causam vidisset Elmsleius, si attendisset, quid interpunctio conferat ad numeros."

in eâ sede longam syllabam ne minimæ quidem distinctioni præponunt. Verba ὦ τέκνα, ὦ πάτερ, ὦ γύναι, ὦ ξένε et similia, non nisi post brevem syllabam ponuntur.

329. Futurum activum ὠθήσω, ut δοκήσω, legitur apud Soph. Aj. 1248. Eur. Cyc. 588. Arist. Eccl. 300. Sed ceteris paribus præstat ὤσω ut δόξω. Eodem jure melius est passivum ὠσθήσομαι quam ὠθήσομαι.

330. μὴ δῆτα. Formula solennis in deprecationibus: Ar. Nub. 696. μὴ δῆθ', ἱκετεύω σ'.

361. De σμικρὸς et μικρὸς apud Tragicos idem statuendum videtur quod de ξὺν et σύν[2].

363. εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνουμένην; Recte dixit (Reis.) εἰ abundare. In hâc enim constructione plerumque omittitur. Cf. Hipp. 1331. Alex. apud Athen. p. 362. D. Similia passim occurrunt. Vide Schæf. Melet. Cr. p. 57. Rarius εἰ μὴ cum participio[3].

364. οὐδ' ἂν προσεῖπον, οὐδ' ἂν ἡψάμην χεροῖν. Vertit Portus, *Neque allocuta essem, neque attigissem manibus*. Sed hoc esset, οὔτ' ἂν π. κ.τ.λ. Tu verte, *Ne allocuta quidem essem, neque &c.* Si legeretur οὐκ ἂν προσεῖπον, sensus esset, *Non allocuta essem, neque &c.*

375. πρόσαντες. Cf. Or. 788. Iph. T. 1012. His adde hujus fabulæ v. 299. et omnia exempla habebis quæ apud Tragicos exstant.

380. καὶ δὴ τεθνᾶσι. τίς με δέξεται πόλις; *Fac mortuos esse*[4], Herm. ad Viger. n. 331. qui contulit Æsch. Eum.

---

[2] Quod ad Herodotum attinet, hanc regulam posuit Matth. post verba scil. in σ desinentia μικρὸς scripsisse, alioqui σμικρος.

[3] [Vide Aristophanis Nub. 230. εἰ μὴ κρεμάσας &c. Incert. Rhes. 19. εἰ μή τιν' ἔχων &c. B. K.]

[4] Ex hoc Med. loc. Valck. ad Herod. VII. p. 591. monet καὶ δὴ, apud Græcos valere, *Fac sane esse*, quem Monkius ad Hippol. 1011. sequitur; sic ad Choeph. 557. καὶ δὴ—δέξαιτο.

 Blomf.

897. καὶ δὴ δέδεγμαι. Ita quoque noster infra v. 1076. καὶ δὴ γὰρ ἅλις βίοτόν θ' εὗρον. Arist. Vesp. 1219. καὶ δὴ γάρ εἰμ' ἐγὼ Κλέων. Anglice, *Suppose me to be Cleon.* Participium in eodem sensu usurpat Soph. Œd. T. 838. πεφασμένου δὲ, τίς ποθ' ἡ προθυμία.

393. σφιν. Vide Æsch. Prom. 252. 456. Pers. 761. 809. Soph. Œd. Col. 444. 451. 1490. (ubi σφιν pro singulari οἱ usurpari monent grammatici[1]) Aj. 570. El. 1070. In his omnibus σφιν metro necessarium est, σφι vero nusquam. Metrum quidem corrumpit σφιν, quod exhibet Aldina apud Soph. Trach. 880. τάλαιν', ὀλεθρία, τίνι τρόπῳ θανεῖν σφιν φής; Sed ejus loco non σφι sed σφε reposuerunt recentiores. Accusativi locum invasisse videtur σφιν apud Æsch. Theb. 933. ubi scriptura incerta est. δυσδαίμων σφὶν ἁ τεκοῦσα πρὸ πασῶν Γυναικῶν κ.τ.λ. Unus Cod. πρὸ omittit—suspicor δυσδαίμων ex interpretatione esse. Dativo σφιν rarissime utitur Eurip. neque alibi in integris fabulis, quod sciam, quam hic, et Suppl. 769. σφιν ξυνθανεῖν.

Blomf. reddit, *Fac autem*, nusquam alibi ratus ita cum optativo constructas occurrere has particulas. Hunc Medeæ locum contulit Dobr. (Advers. Vol. I. p. 35) ad Herodot. VII. 10. καὶ δὴ συνήνεικε. *Jam fac nos vinci.* Rursus tetigit Advers. Vol. II. p. 28. καὶ δὴ *jamjam* interpretatur Herm. ad Soph. Elect. 1456. Paullo aliter sonant, si disjungantur; e. g. Plat. Men. 24. ὑγίεια, φαμὲν, καὶ ἰσχὺς, καὶ κάλλος, καὶ πλοῦτος δή· ubi seriem, ut monet Buttm. claudunt cum vi.

[1] Cf. Nostrum ad Œd. Col. 1490. quem locum advocat Lobeckius ad Aj. 801. ὅτι σφι pro ὅτ' αὐτῷ daturus, qui idem contulit Lycoph. Cass. 1140. σὺν δὲ σφι μίξει φίλιον ἐχθρὸς ὢν στρατόν. ubi est pro σὺν αὐτῷ. Ad Theb. 933. omittendum πρὸ cum Elmsl. censent Well. et Scholef. Ad Electr. 1488. qui versus vulgo syllabâ claudicat, supplendum proposuit Hermann. ὥς σφιν ἐν ταὐτῷ θάνῃς. (i. e.) *ei.*

398. γέλωτα δεῖ σ' ὄφλειν. Scripsi ὀφλεῖν hic et ad v. 1017. Cf. Herac. 985[2].

413. ὑμνεῦσαι. Fortasse legendum ὑμνοῦσαι. Fortasse etiam recte se habet Ionica forma, tum hic, tum Hipp. 168. ubi vulgo legitur αὔτευν[3]. Plura exempla apud Eurip. non reperi. Apud Æsch. legitur ἐσοιχνεῦσιν in anapæsto Prom. 121. πολεύμεναι in senario ibid. 646. Longe insolentius μυθεῦσαι pro μυθεύουσαι noster Iph. A. 789. modo recte se habeat scriptura.

415. ἁγήτωρ al. ἀγήτωρ. Quæ forma præferenda esset, si verè Dorica essent hæc verba. Dorice enim Ἀγησίλας dicitur, qui Attice Ἡγησίλεως. Sed apud Atticos Δωρίζοντας servandus videtur spiritus qui Atticæ formæ convenit.

416. ἀντάχησ' ἂν ὕμνον. Recte Musgravius αντάχησ' pro ἀντάχησα accipiendum monet. Nihil apud Atticos poetas rarius vocali ε ante particulam ἂν elisâ. Citius in eorum scriptis decies ἔγραψ' ἂν *scripsissem* repereris, quam semel *scripsisset*.

Semel tantum Arist. Plut. 1013. ἔπειτ' ἴσως ᾔτησ' ἂν εἰς ὑποδήματα. De hac particulæ significatione videantur Brunck. ad Phil. 290. Herm. ad Viger. n. 286. Matth.

---

[2] Cf. et Ach. 691. De voce γέλωτα vide Piers. ad Mœridis verba, p. 80. γέλων, Ἀττικῶς. γέλωτα, Ἑλληνικῶς. Ubi usum τοῦ γέλων exemplis confirmat—deinde hæc—" γέλωτα sæpissime etiam apud Atticos Poetas occurrit." Lobeckius vero ad Aj. 380. γέλωθ' ὑφ' ἡδονῆς, ait, " γέλων Atticam formam hic legit Suidas v. κακοπινέστατον. Sed illam Tragici, nisi metrum cogat, non usurpant."

[3] " Pro αὔτευν communem formam αὔτουν nunc demum reposui." Monkius ad Hipp. l. Ad Prom. ll. εἰσοιχνοῦσιν et πολούμεναι recepit Blomf. " Ionicarum," ut ait Well. " formarum inimicus acerrimus."

" Neque ego quidem corrigi velim μυθεῦσαι." Herm. ad Iph. l.

Gr. Gr. § 598. a. Cum ejus locum quodammodo suppleat ἴσως, nescio an rectè se habeat membranarum scriptura ᾔτησεν εἰς ὑποδήματα.

Nunc ejus elisionis exempla, quotquot apud Æsch. exhibet Pors. apud Soph. Brunck. apud Eurip. Matth. sigillatim apponam.

I. Choeph. 854. οὔτοι φρένα κλέψει' ἂν ὠμματωμένην. Olim κλέψειαν, quod primus mutavit Heathius. Monk. ad Hipp. 482. οὔτοι φρέν' ἂν κλέψει' ἄν. Malim οὔτοι φρέν' ἂν κλέψειεν.

II. Soph. El. 913.

> ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὔθ' ὁ νοῦς φιλεῖ
> τοιαῦτα πράσσειν, οὔτε δρῶσ' ἐλάνθαν' ἄν.

Hic etiam scripturæ quam impugno auctor Heathius est. Vulgo ἐλάνθανεν, quod defendit Herm. ad Eur. Hec. p. 168. Olim conjeci οὔτε δρῶσ' ἂν ἔλαθεν ἄν. Nunc autem ampliandum censeo. Cf. Tro. 397.

III. Hec. 1111 (1095). φόβον παρέσχ' ἂν iterum Heath. Aldus παρέσχεν. Cod. unus et alter παρέσχεν ἂν. nescio an scribendum,

φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδ' ἂν κτύπος. Cf. Suppl. 944.

IV. Tro. 399. εἶχ' ἂν ἐν δόμοις. Burges. Schæf. et Matth. Vulgatam εἶχεν ἐν δόμοις retinuit Seidl. Certissime reponendum εἶχεν αν δόμοις. Cf. Hel. 765.

V. Bacch. 1311. δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβαν' ἄν. Heathii manum iterum agnosce; vulgo ἀξίαν ἐλάμβανεν. Hic etiam conjecturam meam ἀξίαν ἂν ἔλαβεν ἄν lectoris judicio permitto.

VI. Ion. 354. σοὶ ταυτὸν ἥβης, εἴπερ ἦν, εἶχ' ἂν μέτρον. Solum hujus elisionis exemplum, quod in veteribus Tragicorum editionibus exstet. Si certum esset Atticos eam vitasse, facile reponi posset, σοὶ ταύτ' ἂν ἥβης, εἴπερ ἦν, εἶχεν μέτρα. Cf. Alc. 1065. ταύτ' ἔχουσ' Ἀλκήστιδι Μορφῆς μέτρ' ἴσθι κ.τ.λ.

Hactenus hæc: nunc paucas virorum doctorum conjecturas ab editoribus supra memoratis non admissas apponam.

I. Ag. 1383 (1346 Scholef.) πημονὴν ἀρκύστατον φράξειεν. Schutzius πημονῆς ἀρκύστατον φράξει' ἄν. Alii aliter. Malim πημονῆς ἀρκύστατ' ἂν φράξειεν.

II. Choeph. 340. νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν. Videor mihi vidisse qui legerent κομίσει' ἄν. Non opus.

III. Alc. 894. συνέσχεν ὁμοῦ. Schæf. Mel. Crit. p. 56 "Verissime Northmorus, cui Wakef. temere obloquitur: συνέσχ' ἂν ὁμοῦ." Sic etiam Pors. Adv. p. 222. Non obtemperavit Matth.

IV. Andr. 1284. οὐ γάρ ποτ' ἂν πράξειαν ἐκ θεῶν κακῶς. Pors. Adv. p. 226. πράξει' ἄν. Legendum aut πράξειαν aut πράξειεν[1].

---

[1] Breviter subjiciam aliorum in ll. a Nostro citata observationes.

Ad Plut. 1013. Dobr. in textu Porsonianum ᾔτησ' ἂν εἰς ὑποδήματα dedit, in notis ᾔτησεν ἂν σ' ὑποδήματα ortum credit ex glossâ σ' εἰς, et εἰς deinde pravâ correctione deletam; in Addendis hæc Nostri "omnino consulenda" citat.

De Choeph. 854. φρέν' ἂν κλέψειεν. Blomf. "Non ut Elmsleii canona omni ex parte probem, neque enim hanc elisionem poetis Atticis displicuisse credo, præterquam in iis vocibus, ubi confusio inde oriri posset, i. e. in aoristis primis et perfectis." φρένα κλέψει' ἂν Scholef. tacitè quod ad elisionem, de metro autem, α scil. ante κλ productâ, comparat Alc. 558. Wellauer. φρένα κλέψειαν dedit (pluraliter utpote de choro), quia "rectè, et assentiente Herm. Præf. ad Soph. El. p. XIV. observavit Elmsl. ad Med. 416. Atticos poetas rarissime vel nunquam ε tertiæ personæ elidere. Sed offenderunt interpretes in ultimâ syllabâ vocabuli φρένα ante κλ productâ —nihil opus—illam enim productionem tragicis non denegari posse monui ad Prom. 612." Eandem licentiam scenicis, dubitanter tamen, concedit Seidler. ad Eur. El. 1053. ἆρα κλύουσα, μῆτερ κ.τ.λ. ubi vide notam.

De

428. μένει. al. μίμνει. Corripi primam in ὑμνήσω. apud nostrum Bacch. 72. monet Musgr. Falsum esse Musgravium contendit Erfurt. ad Soph. Aj. 1066. qui tamen alia exempla majori fide, ut ipsi videtur, digna collegit. Sed de hac licentia nunc ne cogitandum quidem est. Nam, ut concedam ὑμνῳδεῖ et μεμνῆσθαι primâ correptâ ab Æschylo[1] usurpari, non ita perverso judicio Eurip. fuisse arbitror, ut priorem in μίμνει corripere maluerit, quam alteram eandemque usitatiorem formam μένει usurpare.

De scripturâ El. v. 913. Herm. "Bene hoc et verè dixit vir egregius" Noster scilicet de ε elisâ ante ἂν. vide et in Dissert. de particulâ ἂν, I. 13. Idem ad Hec. 722. ἄλγος ἂν προσθείμεθ' ἄν, monet "geminatum ἂν duplicem etiam in sententiâ notionem sibi postulare."

Ad Hec. 1111. παρέσχ' ἂν admisit Pflugk. παρέσχεν οὐ μέσως ὅδε κτύπος. Herm. (ed. 1831), nihil opus esse ἂν ratus.

Ad Bacch. 1311. ἀξίαν ἐλάμβανεν edidit Noster missâ conjecturâ. Dobræus autem Advers. Vol. II. p. 99. in h. l. "ἂν ἔλαβεν ἂν Elmsl. Med. p. 150. Ipse cogitabam de γ' ἂν vel potius τἄν."

Ad Agam. 1383. Cum Nostro dedit Blomf. qui monet (eatenus assentiente, ut videtur, Scholef. ad Orest. 1419.) ἀρκύστατα *substantivum* in plurali tantum usurpasse veteres.

Vulgatum exhibent Scholef. et Well. quem "rectè ἂν abesse" docuit Herm. ad Soph. Aj. 904. Ipsius Hermanni verba consuli debent.

Ad Androm. 1284. Pflugk. ait. "Pors. Adv. p. 222. πράξει' ἄν. Elmsl. ad Med. 416. πράξειεν. Neuter rectè." πράξειαν edidit, ita ut regatur ab οἱ οὕτω βουλευόμενοι, ex præcedentibus ὅστις εὖ βουλεύεται repetendum. Simile quid comparat v. 180. Andr. στέργουσιν ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει.

[1] Cf. Ag. 962. (ed. Scholef.) τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὑμνωδεῖ. et Pers. 290. δᾳοις· μεμνῆσθαί τοι πάρα.

Ib. 332. τοιῶνδε γ' ἀρχόντων νυν ὑπεμνήσθην πέρι. Blomf. vero et Well. legunt τοιῶνδε γ' ἀρχῶν νῦν ὑπεμνήσθην πέρι. Illius porro conjectura, τοιῶνδε μέντοι νῦν, Huic parum probabilis videtur.

449. ἀχρήμων. Sæpius non legitur apud Tragicos[2]. Theogn. v. 155. ἀχρημοσύνην habet.

456. θράσος. Distinguunt Grammatici inter θράσος et θάρσος. Præceptum Grammaticorum bonum est, sed non semper observatur. θράσος pro θάρσος dixerunt Soph. Phil. 104[3]. El. 479. Eur. Alc. 607. Suppl. 609.

463. ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι. Schol. πλεονάζει ὁ στίχος τῷ σ. ὅθεν καὶ ὁ Πλάτων ἐν ταῖς Ἑορταῖς φησιν· Ἔσωσας ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου. καὶ Εὔβουλος· ἐν δ' ἔσωσας ὡς ἴσασί σοι. Καὶ παρθενεύσης ἕξει μοι χάριν. Καὶ τοῖς ἐμοῖσιν ἀγγελοῦσι πήμασι, Τὰ σίγμα συλλέξαντες ὡς αὐτοὶ σοφοί. Platonis testimonio ter utitur Eustathius, ita tamen ut ex hujus verbis quid scripserit Comicus

---

[2] Idem ferè valet ἀχρήματος, quæ vox occurrit Pers. 170. ἀχρημάτοισι Choeph. 267. ubi tamen ἀποχρημάτοισι prætulerunt Scholef. et Well. ἀχρημοσύνη Homericum (Od. ρ. 502.) apud Æsch. Pers. 294. plenius dicitur χρημάτων ἀχηνία. Vox Thucydidea est ἀχρηματία (I. 11), de quâ consulendus Poppo. Proleg. et in Commentario. Vide et Lobeck. ad Phryn. p. 507. [Similis etymologiæ verbum ἀκύμων exstat apud Æsch. Agam. 549. B. K.]

[3] Nescio tamen (ad Phil. l.) annon Neoptolemi verba intelligenda sint ita, ut inanem quandam fiduciam Philocteti tribuant: vide contextum loci. Ad Alc. l. (v. 620. ejus ed.) Monk. falsos esse arguit, qui θράσος in malo tantum sensu accipiunt, nec minus synonyma esse θράσος et θάρσος, quam κάρτος et κράτος, καρδία et κραδία. quod idem dixit ad Soph. El. 479. (Mus. Crit. I. p. 76.). Vide tamen Dissen. ad Pind. Pyth. 283. et ad Fragm. qui utrobique θράσος per ἀναιδείαν explicat. In hanc partem quoque Terentianus ille jactator Thraso, quantum valeat, argumento est. De formis θάῤῥος et θάρσος videndus Piers. ad Mœr. verba (189.) θάῤῥος Ἀττικῶς: θάρσος Ἑλληνικῶς: qui per ρρ, sicut in ἄῤῥην et μυῤῥίνη, recentioris esse Atticismi statuit, et apud veteres Atticos, Thucyd. Soph. Eurip. alteram per ρσ scribendi rationem solam obtinuisse. Eandem rem tractavit Poppo. p. 64. Obss. Crit. in Thucyd.

haud extricari possit. P. 813, 44. 896, 55. 1379, 56. Legendum, auctore Pors. τῶν σίγμα τῶν Εὐριπίδου. Σίγμα enim, licet verbale sit a σίζω derivatum, ut αἴαγμα ab αἰάζω, οἴμωγμα ab οἰμώζω, indeclinabile est cum litteram σὰν significat. Exempla vide apud Porsonum. Numerum auxit Schæf. Mel. Crit. p. 96. Secundum versum emendavit Markl. ad Iph. T. 1068. qui plura hujus sigmatismi exempla e tragicis congessit. [emendatio est, καὶ, παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι χάριν.] Octies apud Eurip. Iph. T. 765. legitur σ.

τὸ σῶμα σώσας τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί[1].

466. ζεύγλαισι. al. ζεύγλῃσι. Veterem dativi pluralis formam apud Æsch. sæpius, apud Soph. vero et Eurip. rarius exhibent vulgati libri. Non una est criticorum recentiorum de hac re sententia. Valck. et Brunck. Ionicam formam alteri prætulerunt. Valck. v. c. πόρπῃσιν apud Eur. Phœn. 62. ex uno codice reposuit, Brunck. φίλῃσιν apud Soph. El. 1138. ex merâ conjecturâ, quia scilicet v. 1141. vulgo legitur ξένῃσι. Pors. sententiam suam his verbis declaravit. "Perpetua in his formis confusio. Quare priorem (i. e. ῃσι), ubi dant codices vel codicum pars, accipio; contra universos codices non obtrudendam opinor." Matthiæ communem formam apud Eur. sæpe reposuit. Rectius fortasse ζεύγλησι sine ι subscripto ut Ἀθήνησι[2].

---

[1] Ejusdem litteræ repetitionem habes apud Œd. T. 371.

τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα.

ejusdem soni saltem, Hec. 282.

οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών.

[2] αισι pro ῃσι constanter Blomf. edidit. Cujus verba hæc sunt. "Utram terminationem Attici prætulerint dijudicare non audeo; id vero non temere crediderim, eam fuisse apud Athenienses sermonis inconstantiam, ut diversas harum vocum formas indifferenter usurparint." Præfat. ad S. c. Theb.

481. *θέσμα*. Dicitur *οἱ θέσμοι* et *τὰ θεσμά*, ut *οἱ δέσμοὶ* et *τὰ δεσμά*[3]. Legitur, Pors. auctore, *θεσμὰ* apud Soph. Alexandro Frag. 1. Apud Eurip. hoc loco excepto, neque *θεσμὰ* neque *θεσμοὶ* exstat. Addo, neque *θεσμὸς*, nisi semel Hel. 872. *θεῖον δὲ σεμνοῦ θεσμὸν αἰθέρος μυχῶν*, quem versum qui emendarit haud vulgare critici acuminis specimen dederit. *θέσμιον* habet Tro. 267. *θέσμια* Erectheo Fr. I. 50. Usurpabantur *λοῖσθος* et *λοίσθιος*, ut *θεσμὰ* et *θέσμια*.

492. *ὧν πατέρα κατέκτανον*. Vox trisyllaba *πατέρα* ita posita versum minus numerosum reddit. Hujusmodi senarios in antiquioribus fabulis rarissime exhibet Eurip. in recentioribus haud raro.

Euripide antiquior Æschylus hanc senarii formam aliquoties usurpavit. Cum pede trisyllabo etiam in tertiâ sede noster Iph. T. 566.

κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.

de quo versu dixi Mus. Crit. T. II. p. 290.

513. *καὶ λίαν*. Notandum quod paullo majorem vim habet quam *λίαν*. Æsch. Prom. 1029. Eur. Hec. 1286. Arist. Eq. 1228. Similia sunt *καὶ μάλα* et *καὶ πολύ*.

542. *ἐχθαίρων*. al. *ἐχθραίνων*. "Jam monui ad Orest." 292. ait Pors. "Tragicos semper *ἐχθαίρω*, nusquam *ἐχθραίνω* dicere[4]."

Theb. *φίλαισι* et *ξέναισι* prætuli, quum verear, ne Ionicæ istæ formæ sæpe librariis ex Homeri lectione debeantur." Herm. ad Elect. 1127.

[3] Plura hujusmodi congessit Pors. in l. scil. *δίφρος, κύκλος, κέλευθος, δεσμὸς, σῖτος*. ad Hel. 877. *σέμνου* potius Matth. et Pflugk. sed cum Nostro corruptum relinquunt versum.

[4] "Non equidem nego vere Atticos fortasse rarius illâ (*ἐχθραίνω*) usos esse, sed apud Tragicos aliquoties reperitur, ut pro corruptâ habere eam non liceat." Schneid. de Dial. Trag. Cui quodammodo consentit Blomf. ad Prom. 277.

Cujus

551. ταυτὸ. De hoc vide ad Eur. Suppl. 423. Diarii Classici T. XVI. p. 437. Licet veteres Attici ταυτὸν libentius usurpasse videantur, exstant nonnulla alterius formæ exempla omni exceptione majora. Soph. Trach. 425[1]. Idem apud Plutarchum de Garrulitate p. 511. F. Fragm. Incert. 68.

552. σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ. Suspectum habeo dativum σοί. Accusativum plerumque usurpant Tragici. Æsch. Prom. 86. αὐτὸν γάρ σε δεῖ. Vide Valcken. ad Hipp. 23. Pors. ad Or. 659. Ad Eur. Suppl. 594. ἓν δεῖ μόνον μοι non est impersonale δεῖ—quod genitivum postulasset ἑνὸς μόνου δεῖ· ut Iph. T. 1052. Tantum abest ut dativo offendar in verbis ἓν δεῖ μόνον μοι, ut vix putem Græcum esse. ἓν δεῖ μόνον με. Est apud Eur. Æol. Frag. III. 3. πόλει δεῖ Nisi forte legendum πόλιν. Dativum sine controversiâ habet Æsch. Ag. 857. ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων. Soph. El. 612. μοι δεῖ. Arist. Nub. σοι δεῖν.

Non igitur suspectum habeo σοὶ δεῖ quia vitiosum est, sed tantum quia longe usitatior apud Atticos poetas altera constructio. Vide an legendum παίδων μέλει[2]. Facile confunduntur μέλει et με δεῖ, με δεῖ et τί δεῖ.

Cujus verba sunt "Magni viri (Pors. sc.) rationes minus perspectas habeo." Contra Lobeck. ad Aj. 677. "ἐχθαρτέος pro ἐχθραντέος excudendum curavi, Porsoni auctoritatem et consilium secutus."

[1] Alteram formam postulat metrum ad Hipp. 273.

εἰς ταὐτὸν ἥκεις· πάντα γὰρ σιγᾷ τάδε.

Ib. 1173. ταὐτὸν pro ταὐτὸ restituit Monkius, cum tandem intellexit "perpaucos esse apud Tragicos versus, qui hanc formam requirant."

[2] "Voluit Elmsleius παίδων μέλει satis frigide." Scholef. in loco. "δεῖ με πόνου constructio apud Eurip. satis frequens, pro quâ communes Græci dicebant δεῖ μοι πόνου." Monk. ad Hipp. 23. Cf. Pors. Advers. p. 239.

587. οἶσθ' ὡς μέτευξαι (καὶ σοφωτέρα φανεῖ ;)
τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτὲ,
μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.

al. μετεύξῃ sive μετεύξει
al. φαίνεσθαι et δοκεῖν.

Nemo ignorat Atticè non dici οἶσθ' ὡς ποιήσεις[3], sed οἶσθ' ὡς ποίησον. Œd. T. 543. (ubi vide exempla, quotquot apud Atticos occurrunt.) Nullum hujus Atticismi exemplum novi, in quo prior imperativus, qui hic est μέτευξαι, aut statim, aut nonnullis verbis interpositis, alterum imperativum, vel etiam plures, ut hic φαινέσθω et δόκει, sibi subjectum non habeat. Etiam si secus esset, præstarent φαινέσθαι et δόκει.

608. αὐθαδίᾳ. al. αὐθαδείᾳ. Perpetua in his formis confusio. ἀναιδείῃ, et similia ab adjectivis in ἠς derivata substantiva, quæ passim apud Hom. leguntur, vitiosa esse ante hos annos quindecim declaravi. Nunquam fuerunt nisi duæ horum substantivorum formæ. Prior est ἀναιδία sive ἀναιδίη, ut φιλία sive φιλίη. Hac solâ usi sunt Hom. Hes. ceterique veteres. Altera est ἀναίδεια, ut βασίλεια, *regina*, a solis Atticis, ni fallor, usurpata. Grammatici vero, quorum præpostera metri cura ἀναιδείην ἐπιειμένε et similia apud Hom. invexit, tertiam formam finxerunt, ἀναιδεία ut βασιλεία, *regnum*, quæ non magis legitima est quam φιλεία. Scribendum igitur ἀναιδίην ἐπιειμένε apud Homerum, ἀναιδίη κατοπάζῃ apud Hes., ἀναιδίη δὲ καὶ ὕβρις apud Theog., idemque de metro statuendum quod de ᾖς ὑπεροπλίῃσι aliisque sexcentis syllabæ brevis inter duas longas inclusæ exemplis[4].

---

[3] Nihili hæc facit Pflugk. qui μετεύξει dedit, fretus locutione bis repetitâ οἶσθ' οὖν ὅ δράσεις; Eur. scil. Cycl. 131. ubi consulendus Bothius, et Lucian. Hermot. § 63. Vide et Herman. ad Iph. A. 1012.

[4] Consulendus omnino Maltb. Thes. Pros. C. v. p. lx. de vocibus in ια, εια, ιη, ιεη, ηιη, desinentibus. Cf. etiam Blomf. S. c. Theb. 18. de diversis vocibus παιδία et παιδεία.

618. χρυσέων. Apud Tragicos sæpe legitur primâ correptâ. Exempla præbent Œd. T. 158. 188. Ant. 103. Iph. A. 1051. Iph. T. 1253. Tro. 520. 856. Bacch. 373. Heracl. 916. Herc. 351. 396. El. 192[1].

635. Nihil usitatius quam τίς ἄλλος pro οὐδεὶς ἄλλος.

658. κατ' ἄνδρα pro κατ' ἄνθρωπον: Sicut Œd. Col. 566. ἔξοιδ' ἀνὴρ ὢν κ.τ.λ. Longe rarius ἀνὴρ pro ἄνθρωπος, quam plurale ἄνδρες pro ἀνθρώποι[2].

---

[1] "Hæc autem omnia exempla è choricis sumuntur, et in omnibus, ut opinor, dissyllabon esse potest, vix potest non esse Od. λ. 91.

χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέειπεν."

Scholef. ad Hec. 653. Cf. Erfurdt. ad Antig. 103. Herman. de Dial. Pind. Seidler. ad Troad. quos omnes (Gr. Pros. p. ult.) Spitzn. citat, nec credit contra tot ll. auctoritatem de υ corripiendâ in Atticis vel Lyricis Poetis amplius dubitandum esse—quod ad Epicos rem adhuc quærendam relinquit. Troad. locus est 536. ubi Seidl. χρυσοφάλαρον edidit, vulgatam χρυσεοφάλαρον passurus, "si certum esset χρύσεος primam ancipitem habere." Ad Herc. 344. "χρυσέῳ non opus est, ut pro anapæsto habeatur," inquit Bothius,—τρῷ χρυσέῳ pro molosso accipi malit.

Utcunque hæc res se habeat, audiendus Herm. quem contulit Wunder. ad Phil. 4. ubi Νεοπτόλεμος ut plerumque, quatuor syllabis constat. "Cave vero pronunties Νουπτόλεμος, quod inauditum Græcis, sed, ut in πόλεως aliisque vocibus, audiri quidem ε debet, sed ita correptum, ut non sit syllabæ loco."

[2] Conferendus Arist. Plut. 657. εὐδαίμων γ' ἄρ' ἦν Ἀνὴρ γέρων ψυχρᾷ θαλάττῃ λούμενος, quem locum optime illustravit Dobr. Advers. Vol. I. p. 529. Vide et eundem Aristoph. in Addendis p. 133—4. ad Vesp. 396. Consulendus et Wuestem. ad Theocr. 29. 23. Insigne habes exemplum apud Soph. Aj. 77.

ΑΘ. τί μὴ γένηται; πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν;

ubi Dobræus (Advers. Vol. II. p. 42.) contulit Aristoph. Ach. 46. Lysistr. 848. Apte explicat Herman.

670. δορυξένων. Vera mihi videtur Brunckii sententia, δορυξένους apud Tragicos esse simpliciter ξένους[3].

678. ἦπου τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε; Particula vel potius particulæ ἦπου significant οἶμαι, ἴσως, ὡς ἔοικεν aut aliquid ejusmodi, ut plenius ad v. 1275. declarabo. Hinc correxi ἦ γὰρ[4].

719. ἄγουσιν οὐ μεθεῖτ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ. Magna diversitas in scripturâ hujus versus. Activa forma μεθεῖναι accusativum regit, media μεθέσθαι genitivum, auctore Dawes. p. 238. Quod ad nostrum locum attinet, ἐμὲ non a μεθεῖτ' ἂν sed ab ἄγουσιν pendere monet Pors[5].

---

[3] Cf. tamen Æsch. Choeph. 553. ξένος τε καὶ δορύξενος δόμων, ubi et ad Ag. 853. interpretatur Blomf. *Qui ex hoste vel ex belli congressu fit hospes.* Idem ad S. c. Theb. 159. et ad Ag. 115. de hujusmodi compositis, per ι vel υ legenda esse monet, prout passivam vel activam vim induant; v. c. δορίληπτος est. Hinc "δοριτίνακτος e certissimâ Blomfieldii regulâ." Scholef.

[4] Quod ad Soph. Elect. 377. dixit Hermann. ita, credo accipiendum est; *semper* in his locutionibus satis bene γὰρ dici posse, non ideo tamen *semper* dicendum esse. Apud Plat. frequens est in interrogationibus usus particularum ἦ γάρ. Est ubi ἦ γὰρ οὐ invenies, insolitam tamen, si non invectam credit Buttm. qui idem ad Alcib. I. § 18. monet recto fere sermoni subjici ἦ γὰρ, obliquo vero non item. e. g. ἀλλὰ μὴν τό γε πρὸ τούτου παῖς ἦσθα. ἦ γάρ; recte dicitur. Non ideo dicendum οἶμαί σε τότε γενέσθαι παῖδα· ἦ γάρ;

[5] Brunckio accusativum post μεθίεμαι vindicanti satis hic responsum dedit Pors. Vide et Monk. ad Hipp. 333. Alcest. 1130. Subtiliter, nescio an verè, Herm. ad Electr. 1269. arguit vel accusativum, vel genitivum μεθίεσθαι regere pro variâ significatione. Digna est omnino quæ attentè legatur annotatio.

Aristoph. Vesp. 416. (401), qui versus Brunckio ansam præbuit, facilem medelam attulit Dobr. Aristophanic. p. 130. τοῦδ' scil. pro τόνδ' legendo. Nihil probat, quod vulgo legitur Æsch. Suppl. 828. μεθέσθαι ἴχαρ, φρενί τ' ἄταν. Manifesto corruptum locum et Scholef. et Well. notant.

720. φίλος γένοι' ἄν. Aliud est φίλος ἂν εἴης, aliud φίλος γένοι' ἄν. Hoc non significat *amicitiam non violares*, sed *amicitiam coleres*.

729. ὄμνυ πέδον γῆς. al. ὄμνυε. Pors. "Sed in tironum gratiam observandum est, hac formâ, eâ nempe, ubi νω pro νμι in fine verbi ponitur, nunquam uti Tragicos; rarissimè veteres Comicos; sæpius mediæ, sæpissime novæ Comœdiæ poetas. Paullatim et parcè adhiberi cœpta est sub mediam fere Aristoph. ætatem; tantum enim occurrit ὀμνύῃ Av. 1610. συμπαραμιγνύων in ultimâ ejus fabulâ Pluto 710. Cetera loca ubi usurpari videtur, aut emendata sunt, aut emendanda." Hæc ille. Quod ad ὀμνύῃ attinet, non nisi casu accidisse puto, ut nihil tale apud Æsch., Soph., aut Eur. legatur. Ὄμνυμι enim et similia verba nullum subjunctivum imperfectum apud Atticos habent, præter eum qui a forma communi ὀμνύω derivatur. Subjunctivum imperfectum appello ὀμνύῃ, perfectum ὀμόσῃ, plusquam perfectum ὀμωμοκὼς ᾖ. Si mea auctoritas apud Grammaticos valeret, Græcorum ἀόριστον *præteritum perfectum*, eorum παρακείμενον *præsens plusquam perfectum* appellaremus. Nec dubitandum est, quin quivis tragicorum aut veterum Comicorum æque libenter ὀμνύῃ dixisset ac γράφῃ aut λέγῃ, si subjunctivum ejus verbi postulasset sententia. Recte autem statuere videtur Pors. participium, συμπαραμιγνύων recentioris Atticismi esse. Qui post Euclidem vixerunt, frequenter hâc formâ usi sunt. Ὄμνυε autem, quod Euripidi tribuunt nonnulli libri, ne infimæ quidem ætatis Comicos usurpaturos fuisse existimo. Hoc enim inter ὄμνυε et ὀμνύει interest, quod ὄμνυε brevem syllabam post υ habet, ὀμνύει longam. Hanc autem formam non usurpasse videntur Comici, nisi quando υ longam syllabam sibi subjectam habebat. Dixerunt ὀμνύω, ὀμνύεις, ὀμνύει, ὀμνύων, ὀμνύοντες, minime vero ὀμνύομεν, ὀμνύετε, ὤμνυον,

ὄμνυε, ὀμνυέτω. Saltem nihil tale in eorum reliquiis offendi. Vulgo quidem tribuitur Menandro apud Athen. p. 502. E. τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος Ἄκρατον ἐβόων, τὴν μεγάλην. ψυκτῆρά τις Προὔπινεν αὐτοῖς, ἀθλίους ἀπώλλυον. Sed ἀπολλύων sensu postulante reposuit Bentl. n. 153. Quæ hactenus dicta sunt, de activâ tantum formâ accipienda sunt. Media enim et passiva forma nunquam variasse videntur apud Atticos, a quorum sermone æque alienum fuisse credo ἀπολλύονται atque ἀπολλύομαι.

736. ἐμμενεῖν, ἅ σου κλύω. Æque bene dicitur ἐμμενεῖν ἐκείνοις, ἅ σου κλύω, atque ἐμμενεῖν ἐκείνοις, οἷς σου κλύω. Utriusque constructionis exempla præbent scriptores de ellipsi, necnon Matth. Gr. Gr. § 473, 474[1].

737. τί δ᾽ ὅρκῳ τῷδε μὴ ᾽μμένων πάθοις; Id est τί παθεῖν εὔχει ἐὰν μὴ ὅρκῳ τῷδε ἐμμένῃς[2]. Optativum cum interrogatione hoc modo usurpatum alibi non reperi. Sed etiam imperativus hanc formam nonnunquam induit. Bene Græcum esset, τί δράτω Σωκράτης; Id est, *Quid faciat vis Socrates?*

750. νῦν δ᾽ ἐλπὶς ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς τίσειν δίκην. Pseudogregorius τίσαι, quod non contemnendum est, modo scribatur τῖσαι[3]. Æsch. Theb. 373. μολεῖν. Eur. Or. 777. σωθῆναι. Alc. 144. σώσασθαι. Hel. 440. λαβεῖν.

---

[1] Cf. Dobr. Adversar. Vol. I. p. 68. ad Thuc. IV. 73. et Stallb. ad Plat. Criton. p. 131.

[2] Melius aliquanto Scholef. in l. "Est πάθοιμι, βούλομαι παθεῖν· Igitur τί πάθοις; valet τί βούλει παθεῖν;"

[3] τίσειν vero agnoscit Dobr. Adversar. Vol. I. p. 474. ubi videndus de locutione. Aoristum contra quadam tenus defendere videtur Hel. 277.

ἄγκυρα δή μου τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη,
πόσιν ποθ᾽ ἥξειν καί μ᾽ ἀπαλλάξαι κακῶν.

nisi hic quoque ἀπαλλάξειν reponendum, quod a tribus codd. firmatum monet Pflugk. tempora tamen similiter confundi exemplis

Thuc. III. 3. ἐπιπεσεῖν. Xen. Hist. Gr. VI. 5, 35. δεκατευθῆναι. Demosth. Olynth. I. p. 3. C. τελευτῆσαι. [Exempla sunt aoristi post ἐλπίς ἐστι sequentis.] Futurum præter alios habet noster infra v. 1000. Sic etiam Alc. 294. φιτύσειν. Æsch. Agam. 688. ἥξειν. Ita maluit quam ἐλθεῖν aut μολεῖν. Diversam ab harum utraque constructionem habet ibid. 1443. οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν, ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ κ. τ. λ.

774. κατακτενῶ. al. κατακτανῶ. Futurum κτανῶ Atticis omnino abjudicat Pors. Recte fortasse, licet ei responderi posset, non magis absurdum esse verbo κτείνω duo futura κτενῶ et κτανῶ tribuere, quam duos aoristos ἔκτεινα et ἔκτανον. Hoc argumento non defenderetur ἀποκτανῶ, si ea forma uspiam exstaret. Aoristum enim ἀπέκτανον solus usurpat Rhesi scriptor v. 978.

οὐ ῥύσεταί νιν Παλλὰς, ἥ σ' ἀπέκτανε.

Qui si comicus fuisset, audacter reponerem ἀπέκτονε. Sed ἀπέκτονα non videtur Tragicis in usu fuisse. Corrigendus Æsch. Eum. 590. κατέκτονας. ἀπέκτονα a comicis et prosæ orationis scriptoribus usurpatum est, κατέκτονα vero, quantum memini, a nemine. Scribendum igitur κατέκτανες[1].

793. κοινῶσαι et κοινώσασθαι diversa sunt. Illud *rem aliquam cum aliis communicare*, hoc *rei alicujus particeps fieri* significat.

798. δυοῖν οἰμώγμασι. Æsch. Ag. 1393. δυοῖν μιασμάτων. Eum. 608. δυοῖν στρατηλάτων. Pers. 722. Hæc

---

emplis satis probat, quare nihil mutandum videtur. Contulit hunc versum ob diversa tempora Wunderus ad Phil. 1351.

παύσοντας ἄλγους κἀποσώζοντας νόσου.

[1] κατέκτονας Scholef. et Well. cui "quia hoc perfectum non alibi in tragicis legatur, nulla est mutandi causa." Cf. Nostrum Heracl. 412.

omnia solœca mihi videntur. Δυοῖν, ni fallor, apud Atticos duali semper jungitur[2], δύο vero interdum plurali. Nonnulla tamen sunt loca quæ dualem non admittant. Soph. Aj. 237. δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών.

804. λέξεις δὲ μηδὲν. Solœcum mihi videtur[3], sive hæc verba *nihil autem dices* reddantur, sive *nihil autem dicas.* Illo sensu λέξεις δ' οὐδὲν dicendum, hoc λέξῃς δὲ μηδέν.

837. οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ'. Recte Pors. οὔτ' ἂν (i. e.) οὔτοι ἂν ἁμάρτοις. Vulgata non solum propter γε tantulo intervallo sine caussâ repetitum suspiciosa est, verum etiam propter particulas ἄν γε quarum prior alteram raro subjectam sibi habet apud tragicos[4]. Caussa vulgatæ scripturæ fuit Attica crasis a librariis male intellecta.

899. λίαν. Non solum apud Homerum, verum etiam passim apud Atticos poetas primam producit, ut recte monet Brunckius[5]. λίαν priore productâ scripturam haud raro corrupit. Eur. Andr. 867. edidit Aldus, ὦ παῖ τότε

---

[2] Cum Nostro sentit Buttm. Gr. Gr. Scholef. vero, necnon Well. οἰμώγμασι et μιασμάτων retinent, et quòd στρατευμάτοιν ad Pers. (717.) ediderit, ita rationem dedit Well. "Dualem prætuli, non quo pluralis non rectè dici potuerit, quod putat Elmsleius ad Eur. Med. 798. et ad Soph. Œd. Col. 931. sed quia librorum auctoritas dualem commendat." δύο et ψυχὰς conjuncta leguntur ad Alcest. 925. ubi vide Monk. Cf. et Wuestem. Theocr. v. 47.

[3] λέξεις retinuit Scholef. quod in eâ est "mista quædam vis imperativæ cum affirmativâ."

[4] "Cum Elmsleio sentio." Scholef. ad Phœn. 1230. Contra, Porsoni regulam, cui Noster hic addictus est, dubiam esse, si non falsam et de scripturâ et de metro fusius contendit Lobeck. ad Aj. 534.

[5] "Meminerint tirones λίαν primam syllabam habere communem." Monk. ad Hippol. 264.

λίαν κ. τ. λ. Item v. 1235. μηδέν τι λίαν γε κ. τ. λ. Alia exempla collegerunt Brunck. aliique. His adde Arist. Vesp. 872. παῦσόν τ' αὐτοῦ τουτὶ τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος. Persuasus sum hoc τουτὶ metri caussa invectum esse. Longe præstat τοῦτο τὸ λίαν.

903. μεμνήσομαι. al. μνησθήσομαι: quam formam Tragicis omnino abjudicat Pors.[1] ut et κληθήσεται, quod olim legebatur apud Æsch. Prom. 839. Sed βεβλήσομαι et βληθήσομαι æque proba censet. Noster Hec. 863. εἰ διαβληθήσεται. Heracl. 423. μὴ διαβληθήσομαι. In his διαβεβλήσεται metrum corrumperet, nisi scriberetur etiam εἴτι et μήτι quæ reponere nimiæ esset audaciæ.

911. οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι. οἶδα μὲν Reisk. οἶδά γ' Canter. οἶδ' ἄρ' Pors. Male eum fecisse ostendunt exempla quæ attulit Matth. Gr. Gr. § 598. c. Eur. Alc. 49. Plat. Tim. p. 26. B. Aristoph. Aves 1018. Tantum abest ut solœcum sit οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι, ut particula ἂν omissâ non οὐκ οἶδα εἰ πείσαιμι, sed οὐκ οἶδα εἰ πείσω dici debeat. Liquet e proximis Medeæ verbis, verba οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι idem significare quod φόβος εἰ πείσω v. 181. id est *vereor ut persuadeam, non puto me persuasurum*. In cæteris etiam exemplis verba οὐκ οἶδα εἰ significant *vereor ut*. Hoc moneo ut ostendam quantum intersit inter Græca οὐκ οἶδα εἰ et Latina *nescio an*. Hæc enim verba apud probatos scriptores affirmandi sensum habent. Græca contra aut negant, aut rem in medio

---

[1] Matthiæus utramque in usu esse contendens ita distinguit, μεμνήσομαι valere *recordabor*, μνησθήσομαι *mentionem facere*. Vide Scholef. in l. Ad Hipp. 1459., quem locum Matth. citat, Monk. μεμνήσομαι dedit. Ad Prom. 839. κεκλήσεται Blomf. quia "Paullo post Futur. amabant Attici omnes et præsertim Tragici." Well. item κεκλήσεται, minus tamen, ut videtur, Atticorum usu fretus quam propter librorum auctoritatem.

relinquunt, ut hujus fabulæ v. 71. ὁ μέντοι μῦθος εἰ σαφὴς ὅδε, Οὐκ οἶδα[2].

913. Legitur ad Phœn. 481. ἀνὰ μέρος, et infra septem versibus interpositis, neque præterea in totâ Atticorum poesi[3].

946. ζωᾶς. Pors. ζόας. Formam vulgarem Atticis omnino abjudicandam suspicor. Legitur præterea apud Æsch. Theb. 945. (ubi Blomf. ζοὰ) apud Eur. Phœn. 1531. Hipp. 816. (ubi Monk. ζόαν) Iph. T. 150. (de quo vide Mus. Crit. Cant. T. II. p. 280.) 846. Tro. 254. Herc. 664. El. 121. denique apud incertum Tragicum quem allegat Pors. ad Hec. 1090. Ex tot exemplis[4] nullum est, in quo prior syllaba necessario producatur. Revocavi igitur ζόας, cujus loco ζοᾶς legere per me licet. Apud Herodotum, ni fallor, vulgo ζόη. Ζωὸς, *vivus*, apud Atticos non exstare videtur. Ζῶον, *animal*, frequenter ab illis usurpatur, sed rectius ζῷον scribitur ut jam monui

---

[2] Hanc Nostri regulam bis respexit Dobr. Advers. Vol. I. pp. 305. 311. Atque iterum ibid. Vol. II. p. 144. ubi de h. l. inquit "Errare videtur Matth. ibi citatus." "Omnia recte Elmsleius." Scholef. in l. Adde quod ad Alc. 49. e Nostri sententiâ verba ordinavit Monkius, cui prius aliter visum. Vide et Seidl. El. 1116. et Stallbaum. Gorg. Plat. p. 63.

[3] Sexies autem ἐν μέρει apud Æschyl. occurrit.

[4] Ex exemplis à Nostro allegatis ζόαν pro ζώαν ad Hipp. l. Monk. dedit, sed ob metrum tantum, "cum constet utramque formam, ζωὴ et ζοὴ, adhibuisse Tragicos." Ad Theb. l. ζοὰ Blomf. "recte ut videtur," ait Scholef. Well. vero ζωὰ revocavit, qui et ad Suppl. 579. rursus quæstionem movet. Ibi vox usurpatur φυσίζοον, quæ cum per ο composita est quadam tenus valeat argumento in simplici etiam voce ω extrudendam esse. Cf. etiam Seidler. ad Troad. 263. Herm. ad Hec. 209. Theocr. utramque formam usurpat, ut monet Wuestemannus, Idyl. 2. 5. ζοοὶ: 5. 42. ζωοῖσιν. Præter ζῶον *animal* germanum est ζῶον *statua*, quod agnoscit Dobr. Advers. Vol. I. p. 539.

ad Eur. Suppl. 969. Diar. Class. T. XVI. p. 34. Hanc scripturam passim exhibet Platonis editio Aldina. Ζώειν pro ζῆν dixit Soph. Œd. Col. 1213. El. 158.

980. δαὶ Tragicis abjudicarunt Brunck. et Pors[1].

995. ἀνασχέθειν. Dedi ἀνασχεθεῖν. ἔσχεθον enim aoristus est[2], nec nisi forma diversum ab ἔσχον, quod ejus locum invasit apud Phœn. 411. Hipp. 1289. Idem Alcmæone Fr. XII. XIII. γυναῖκες, ὁρμήθητε, μήδ' ἀθυμία Σχέθῃ τις ὑμᾶς, κ.τ.λ. Ubi solœcum esset σχέθῃ, si præsens esset σχέθω. Cf. Heracl. 272.

1011. ὄμμα φαιδρὸν. Hoc adjectivum alibi apud Euripidem non exstat; sed dixit Or. 891. τὸ δ' ὄμμ' ἀεὶ Φαιδρωπὸν. Æsch. Ag. 529. φαιδροῖσι τοισίδ' ὄμμασι. Soph. Œd. Col. 319. φαιδρά γ' οὖν ἀπ' ὀμμάτων[3].

1024. [Citat hic Noster quindecim senarios e Neophronis Medea, quorum in ultimo πολὺν πόνον βραχεῖ Διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ. Notandum monet διαφθεροῦσα ἔρχομαι, ut ἔρχομαι λέξων[4] et similia apud

---

[1] Monkius etiam ad Hipp. 224. statuit "δαὶ esse vocem Tragicis haud usitatam:" aliam esse Seidleri sententiam (apud Eur. El. 242.) monet Blomf. ad Choeph. 888. Vindicant quoque ("recte," ut videtur Pflugkio ad Hel. 1246.) Matth. ad Hec. 1232. et Stallbaum. ad Plat. Phileb.

[2] Blomf. vero ad Choeph. 818. κατασχέθων pro præsentis participio habendum esse credit, sed ad Prom. 16. σχεθεῖν edidit. Utrobique Well. se Elmsl. obsequi profitetur. Scholef. contra præsentis formam exhibet. "Scribendum fortasse videatur κατασχεθόντες pro κατασχέθοντες." Herm. ad Soph. El. 744. ubi plura.

[3] Iterum Ag. 704. φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα de mansueto leonis catulo. φαιδρᾷ φρενὶ etiam dicitur Choeph. 556. His adjicias quod legitur Agamemn. 1200. φαιδρόνους. Apud Soph. El. 1310. γέλωτι φαιδρὸν τοὐμὸν ὄψεται κάρα. Pro φαιδρὸς Soph. dixit λαμπρὸς ὥσπερ ὄμμασι Œd. T. 81.

[4] Cf. ἐς ποῖον ἕρπεις μῦθον ἢ παραίνεσιν; Eur. Hel. 316.

Ubi

Herodotum.] Attici, si bene memini, hac constructione non utuntur.

1027. μὰ τοὺς παρ' Ἅιδην νερτέρους ἀλάστορας. Præstat dativus παρ' Ἅιδῃ in hac sententiâ, quem vel ex conjecturâ admittendum monui Mus. Crit. T. I. p. 365. Cf. Œd. T. 971. Aj. 634. Eur. Herc. 146. Idem Heracl. 949. ὃς καὶ παρ' Ἅιδην ζῶντά νιν κατήγαγες. Hic recte se habet accusativus[5].

1041. εὐδαιμονοῖτον. Imperativus εὐδαιμονεῖτον huic sententiæ non convenit. Non enim dicitur εὐδαιμόνει, sed εὐδαιμονοίης. Vide Eur. Phœn. 1093. Hipp. 105. Alc. 1140. El. 231. Reposui autem εὐδαιμονοίτην. Secundam personam dualem a tertiâ diversam non fuisse primus, ni fallor, monui ad Acharn. 733[6]. [Exempla partim proba, partim emendanda supplet.] Plura vide ad Ach. 733.

1050. ἦλθον μείζους, ἢ χρὴ γενεάν. Brunck. Clam μείζους ἤλυθον. Vulgatam revocavit Pors. Raro apud Soph. et Eur. posteriorem dipodiæ anapæsticæ sedem occupat dactylus, nisi post dactylum in priori sede, ut hujus fabulæ, v. 354. ἢ δόμον, ἢ χθόνα σωτῆρα κακῶν. Mallem igitur μείζονας ἤλυθον, quam μείζους ἤλυθον. Sed utrique præstat vulgata ἦλθον μείζους. Nullum locum ob hanc solam causam sollicitandum censeo, quæ tamen in locis alioqui suspiciosis suspicionem haud parum auget.

Ubi Pflugk. "Dixit ut Poeta, quod vulgo dicebant, ἔρχομαι λέξων."

[5] Ad Aj. l. = 622. Hermannus Nostri Ἅιδᾳ respexit, retinuit vero Ἅιδα quòd "Correctione non opus videtur." Tacitè Lobeck. ᾅδᾳ dedit, γὰρ non moto. Ad Herc. l. rectè παρ' Ἅιδην, quia scilicet ibi motus significatur.

[6] "Recte statuit Elmsleius." Scholef. in l. et in Præfat. suæ edit. Aliorum sententias ad Ach. 733. transtuli.

1062. "Particulæ μέν γε. rarissime apud Tragicos copulantur." Porsonus. Apud Aristophanem singulis fere paginis occurrit μέν γε. De Tragicis autem recte statuisse videtur Pors[1].

1067. ἐσορῶ, ἐσιδὼν et similia in senario Tragico locum non habent[2].

1087. καραδοκῶ τἀκεῖθεν, οἷ προβήσεται. Prosæ orationis scriptor, ni fallor, dixisset ὅποι προβήσεται tam in Medea, quam in Alcest. 788.

τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἷ προβήσεται.

Cujus suspicionis caussam breviter exponam. Nemo nescit idem inter οἷ et ὅποι interesse, quod inter ὃς et ὅστις. His igitur utamur, utpote magis familiaribus, potius quam illis. Optime Græcè dicitur οἶδά σε, ὃς εἶ, *novi te, qui sis*, minus bene vero οὐκ οἶδά σε, ὃς εἶ[3]. Rectius ὅστις εἶ, vel etiam τίς εἶ. Idem obtinet, quocunque modo, vel quibuscunque verbis se aliquid ignorare declarat quis.

---

[1] "Dubito de μέν—γε" Dobr. ad Androm. 254. (Advers. Vol. II. p. 76.) qui in Aristophane bis reposuit μέν γε Ach. 710. Thesm. 811. Illi igitur eadem forsan, quæ Elmsleio, distinctio suboluit.

[2] "Suspectum habeo ἐσιδὼν in hoc metro." Noster Mus. Crit. II. 285. ubi plura. Ad Phil. 1381 (1352). quem locum Noster in notis tetigit, male scribi ἐσορῶ statuit Wunderus; quid potius scribendum in medio reliquit. ἐσορῶ, nec verbum, in nostro loco Pflugk. Similiter formas ἐθέλω, ἐθέλειν, ἐθέλων senariis abjudicat Lobeck. ad Aj. 23. anapæsticos verò utrasque admittere non negat.

[3] Cf. omnino Choeph. 1008. quem versum ita Blomf.

ἀλλ', ὡς ἂν εἰδῇς, τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅποι τελεῖ.

Well. vero et Scholef.

ἄλλος φανεῖ δῆτ', οὐ γὰρ οἶδ' ὅπῃ τελεῖ.

Hæc Nostri rectè sed "paullo obscurius" dicta censet Herm. ad Ajac. l. = 1238. ubi eadem exempla citat, plura daturus ad hujus fabulæ v. 775.

Non violavit hanc legem Soph. cum dixit Aj. 1259. οὐ μαθὼν ὃς εἶ φύσιν. κ.τ.λ. Neque Eur. Alc. 643. ἔδειξας εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν, ὃς εἶ. Probe enim scit Agamemnon apud Soph. quo genere ortus sit Teucer; Admetus apud Eur. quali ingenio sit Pheres. Aliter se res habet apud hunc Iph. T. 767. σήμαινε δ' ᾧ χρὴ τάσδ' ἐπιστολὰς φέρειν. ᾧ in ὅτῳ mutandum esset, si per metrum liceret. Jam, opinor, satis intelligit lector, quare mihi displiceat οἷ in hoc versu, καραδοκῶ τἀκεῖθεν, οἷ προβήσεται. Ita tamen scripsisse Eurip. haud diffiteor. Scripsit etiam v. 334. μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔασον ἡμέραν, Καὶ ξυμπερᾶναι φροντίδ', ᾗ (vel οἷ) φευξούμεθα. Soph. etiam El. 1101. Αἴγισθον, ἔνθ' ᾤκηκεν, ἱστορῶ πάλαι. ἔνθα enim non ὅπου, sed οὗ valet[4]. Ita scilicet subinde loquuntur Tragici. Valde autem falleretur, qui hujusmodi exemplis, τὸ τῆς τύχης γὰρ φανερὸν, οἷ προβήσεται, in ejus constructionis defensione uteretur.

1103. λέξον δὲ πῶς ὤλοντο. al. λέξον δ' ὅπως ὤλοντο. Parum refert. Arist. Eq. 611. ἄγγειλον ἡμῖν πῶς τὸ πρᾶγμ' ἠγωνίσω. Menand. apud Schol. ad Soph. Œd. Col. 1375. ὅ τε Πολυνείκης πῶς ἀπώλετ' οὐχ ὁρᾷς; Simili modo τίς pro ὅστις Arist. Plut. 23. λῆρος. οὐ γὰρ παύσομαι, Πρὶν ἂν φράσῃς μοι, τίς ποτ' ἐστὶν οὑτοσί. Ib. 52.

Idem ποῦ pro ὅπου ib. 1172. τὶς ἂν φράσειε ποῦστι Χρεμύλος μοι σαφῶς; Hanc constructionem si comici sibi permittunt, exempla e tragicis afferre supervacaneum est. Dixit Euripides si vulgatis libris fides habenda est, Iph. A. 695. τοὔνομα μὲν οὖν παῖδ' οἶδ' ὅτῳ κατήνεσας. Γένους δ' ποίου χὤπόθεν, μαθεῖν θέλω. Pors. Advers. p. 252. γένους

---

[4] "De *finito* adverbio ἔνθα pro *infinito* ὅπου posito vide Elmsleium ad Med. 1086." Herm. ad El. l. Quæ verba affero, ut Tirones veram inter has voces distinctionem accuratius notent.

δ' ὁποίου. Opinor, quia statim sequitur ὁπόθεν. Quod attinet ad verba λέξον δὲ πῶς ὤλοντο, cum nihil sententiæ intersit, utrum πῶς an ὅπως legatur, eam scripturam amplexus sum, quæ plures et meliores habet auctores. [Deinde in notis—Eur. Ion. 958. καὶ πῶς; sequente πῶς δ'; solœcum esse πῶς δὲ notavit. Debebat enim esse ὅπως sicut Arist. Eq. 127. 1070. Nub. 677. 688. quod metrum non admittit—legendum itaque ὡς. Eadem est ratio pronominum τίς et ὅστις. Cf. Matth. Gr. Gr. § 488[1].]

1120. οὐ μὴ δυσμενὴς ἔσει φίλοις; Ratio hujus constructionis talis esse videtur. Nemo nescit οὐ μενεῖς cum interrogatione idem significare quod μένε vel μεῖνον. Nostra etiam lingua eo sensu dicitur. *Will you not stay?* Græcè vero non solum οὐ μενεῖς dicitur, sed etiam οὐ μὴ μενεῖς contrario sensu. Hoc enim μὴ μένε vel μὴ μείνῃς significat. Hunc quidem futuri usum nostra lingua nescit. Non enim dicere licet, *Will you not not stay?* Hoc exemplo tamen facile intelligitur, quâ ratione Græci, qui particulas οὐ et μὴ sæpe ita conjungunt, ut altera alterius vim non tollat, οὐ μὴ μενεῖς eodem sensu dixerint, quo οὐκ ἄπει; *non abibis?* μὴ μένειν enim valet ἀπιέναι. Simili ratione Jasonis verba οὐ μὴ δυσμενὴς ἔσει φίλοις accipienda sunt quasi dixerit οὐκ εὐμενὴς ἔσει

---

[1] Dobr. ad Plut. 891. σὺ πλοῦτον ποῖον; ib. 849. ποῖός τις; οἷος. Ad Equit. 1321. plura contulit Pors. Ad Nub. 664. πῶς; an ὅπως; potius legendum Passovius tetigit. Denique videndus Buttm. ad Plat. Men. § 6. ubi, collato Alcib. I. 15. ἐν ὁποίῳ χρόνῳ ἐξευρών; de τί, ὅ,τι, πῶς, ὅπως, ποῖος, ὁποῖος, πότερος, ὁπότερος invicem immutatis disseruit. "Interrogare ὁποίαν, ut vult Reisigius, non puto." Dobr. Advers. p 255. Vide et Well. ad Choeph. 756. Adde nunc quoque Dobr. Advers. Vol. II. p. 157. ad Nub. 664.

φίλοις. A particulâ negativâ μὴ non pendent nisi tria verba δυσμενὴς ἔσει φίλοις: ab οὐ vero tota sententia, quam interrogationis notâ primus terminavi. Caveant autem tirones, ne Dawesium, Brunckium, aliosque secuti οὐ μὴ μενεῖς cum οὐ μὴ μείνῃς confundant. Illud μὴ μένε vel μὴ μείνῃς significat, ut modo dixi, hoc οὐ μενεῖς[2].

1129. χρυσοῦν τιθεῖσα. Rectius fortasse χρύσεόν τε θεῖσα. Scribimus enim χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ apud Homerum, neque alia ratione χρύσεος dissyllabum a tragicis usurpatur, quam θεὸς monosyllabum. Cf. Hippol. 82. Andr. 147. Cycl. 181. Comicorum esse videtur χρυσοῦς, qui neque χρύσεος trisyllabum nisi in melicis usurpant, neque hujusmodi crases in scansione admittunt, præter eas, quas exhibet etiam scriptura. Infra v. 1169. legitur ὀστέων dissyllabum Eodem jure scriberetur ὀστῶν quo χρυσοῦν[3].

---

[2] Ex exemplis quæ in hanc partem cumulavit Noster (1) Ad Æsch. Theb. 256. cf. Lobeck. Aj. 75. (2) ad Hipp. 213. Monkius "sequitur judicium doctissimi viri (scil. Elmsl.) ad Quart. Rev. Vol. VII. 458." Idem Nostrum laudat Mus. Crit. I. 207. (3) Ad Andr. 758. diserte arguit Pflugk. "Non magis vetandi vim habere οὐ μὴ μενεῖς, quam jubendi hoc, οὐ μενεῖς, sed utrumque interrogare." Idem quoque videndus ad Hel. 437.

—— οὐκ ἀπαλλάξει δόμων,
καὶ μὴ πρὸς αὐλείοισιν ἑστηκὼς πύλαις
ὄχλον παρέξεις δεσπόταις;

Cf. et Stallb. Plat. Symp. pp. 18. 27. et Dobr. Adv. Vol. II. p. 266. Addas etiam Buttman. ad Philoct. 975. "οὐκ εἶ; *quin abis?* cum increpatione idem est, quod cum adhortatione ἴθι."

[3] Cf. annotata ad v. 618. Vide etiam Piers. ad Mœr. p. 295, 6. Blomf. ad Pers. 83. "quum κύανον metalli nomen sit, rectius scribitur κυανοῦν." Hic vero Well. κυανὸν, potius quam κυανοῦν, si mutatione opus; retinet autem κυάνεον trisyllabum synizesi vocalis υ, quod item fieri monet in voce κυανώπιδες infra. v. 551. Ad Plut. 586. de voce κοτινοῦς consulend. Dobr.

Idem

1131. ἄψυχον εἰκώ. Præter nominativum εἰκὼν, altera erat forma εἰκὼ, ut ἀηδὼ, γοργὼ, χελιδώ. Genitivum εἰκοῦς usurpat noster Hel. 77. ἀπόλαυσιν εἰκοῦς[1].

1137. λεχρία. Noster Hec. 1024. ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν Λέχριος, ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας. Sæpius non legitur apud Tragicos. λεχήρη habet Eur. Phœn. 1536[2].

1150. ἔκπλεθρος. Attica forma est, ut ἔκπους, ἔκπηχυς, ἔκμηνος et alia. Ex inscriptione veteri apud Chandlerum p. 38. constat Atticos non solum ἔκποδες dixisse, verum etiam divisim ἐκ πόδες, quamvis reperiatur etiam ἐξ πόδες. Vulgo legitur ἐξμέδιμνον apud Arist. Pac. 630. sed reponendum videtur ἐκμέδιμνον, quod alii quoque monuerunt. Pors. ad Hec. 1166. p. 79. "Poteram denique quædam de vocibus ἐκμέδιμνον, ἐξμέδιμνον et ἐξαμέδιμνον edisserere. Sed tibi, lector, et tempori tuo parcam." Caveant autem, qui Græce scribunt, ne hoc Atticismo abutantur. Attici quidem πεντέπους, ἔκπους, ὀκτώπους dixerunt, non vero πεντεπλοῦς, ἐκπλοῦς, ὀκτωπλοῦς, πεντεπλάσιος, ἐκπλάσιος, ὀκτωπλάσιος, sed πενταπλοῦς, ἐξαπλοῦς, ὀκταπλοῦς, πενταπλάσιος, ἐξαπλάσιος, ὀκταπλάσιος. Aristoph. Eq. 70. ὀκταπλάσιον χέζομεν. Idem tamen Lys. 109. ὀκτωδάκτυλον. Caussa hujus diversitatis est, quod ὀκτωδάκτυλον compositum est, secus atque ὀκταπλάσιον. Nulla enim

---

Idem quoque in Addendis ad Equit. 32. p. 126. "Viro egregio (Nostro scilicet hujusmodi synizeses Tragicorum proprias esse dicenti) non repugnant Θουκυδίδης &c. Addo, raro in Aristophanis senariis occurrere πόλεως, ὕβρεως &c. trisyllaba, nisi ubi metrum patiatur πόλεος, ὕβρεος &c." "Partim vera, partim falsa" esse hæc Nostri fusius arguit Hanovius, p. 152. Lib. I. Exercitat. Crit. in Comicos Græcos.

[1] Imo et ad v. 72. εἰκὼ accusativum. ὁρῶ Γυναῖκος εἰκῶ φόνιον.

[2] Cf. Herm. annotata ad Hec l. (=998) de sensu vocis λέχριος.

pars orationis est, quæ cum ὄκτω conjuncta ὀκτωπλάσιον facere possit[3].

1156. παμφάγου πυρός. Vox non valde Tragica παμφάγου. φαγεῖν enim apud eos non exstat nisi in satyricâ fabulâ[4].

1185. ἀντελάζετ'. al. ἀντελάζυτ', quod admisit Porsonus. Altera forma non nisi in imperativo apud Atticos exstare videtur. Eur. Or. 452. ἀλλ' ἀντιλάζου καὶ πόνων ἐν τῷ μέρει[5]. Incertus apud Plutarch. de Irâ Cohibendâ

---

[3] Non ita absimilis est quæstio de πεντηκοντόπαις sive πεντηκοντάπαις, quam scripturam recte vindicasse Blomf. censet Scholef. ad Prom. 872. qui ob Codd. tantum auctoritatem πεντηκοντόπαις dedit ad Suppl. 315. ibi tamen pænè, cum Wellauero, alteram formam πεντηκοστόπαις admisit. His adde Dobr. (apud Aristoph. Pors.) qui ad Plut. 195. ἐκκαίδεκα retinuit; ad Nub. 772. πεντετάλαντος e Porsoni Suidam emendantis sententiâ; (ibid. quoque Passovius solœcè per α scribi monet.) Ad Pac. 630. "Accuratius forsan ἐκμέδιμνον." Porsonus.

Consulendus etiam Dobr. Adversar. Vol. I. p. 319. sub voce πενταετηρίδα, ubi statuit, "Attica forma, ut videtur, erat πεντετηρίδα sine α." ἔκπλεθρον vindicat quoque Seidler. ad Elect. 878. Videndus autem omnino Lobeck. ad Phrynich. p. 413, 14. ubi re longius tractatâ, hæc denique. "Si Sophocles in Œdipo ἔκμηνος scripsit, ut Schæfero placet, si Euripides ἔκπλεθρος, sic existimandum est, Tragicos formam proprie Atticam, ut nimis vernaculam et popularem repudiasse. Sed mirari licet, quid Elmsleyium pellexerit (ad Med. p. 256), ut Aristoph. Pac. 631. non ἑξμέδιμνος, quod vulgo editum, sed ἐκμέδιμνος scripsisse statueret."

[4] Ad Aristoph. Av. 1064. vulgatam πολυφάγοις in παμφάγοις mutandam censet Dobr. ad Plut. 886. "quum in πᾶς et ejus compositis ludat poeta"—recte id factum credit Dindorfius in l.

[5] Ad Or. 743. ἀντιλάζυσθαι dedit Pors. nec adeo improbare videtur ἀντιλάζεσθαι, quam formam Cant. L. receperunt.

Ad

p. 456. B. καὶ θῶπλα λάζευ. Nusquam, quod sciam, apud eos legitur λάζυσο. Observatu dignum est, λάζυσθαι nunc activam significationem habere, nunc eam quam vocant mediam. Noster supra v. 926. λάζυσθε φερνὰς τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας. Aristoph. Lys. 209. λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος, ὦ Λαμπιτοῖ. Apud Euripidem sensus est λάβετε, apud Aristophanem λάβεσθε.

1187. χρόνῳ δ' ἀπέστη. Valck. Diatr. p. 57. ἀπέσβη, *exstinctus est*, quod recte admisit Brunckius. Copiose de hoc verbo dixit Ruhnk. ad Timæi glossam p. 40. Ἀπέσβη. τέθνηκεν. Aut Ἀπέσβηκε aut ἀπέθανεν scribere debuit grammaticus. Tantum enim interest inter ἀπέσβη et ἀπέσβηκε, quantum inter ἀπέστη et ἀφέστηκε. Apud Plat. legitur ἀπέσβηκε Polit. p. 269 B. Aoristum ἀπέσβη usurpat Eurip. Frag. Incert. CXXVII. Sæpius hodie non legitur apud probatos scriptores hoc verbum, quod sophistis magnopere placuisse docent exempla ex eorum libris e Ruhnkenio allata.

1190. δακρύοισι συμφορά [Senarium claudit]. Alteram scripturam (δακρύουσι) nec sententiam juvare, et metro nocere monet Pors. δακρύω secundum corripit apud Æsch. Choeph. 79. στύγος κρατούσῃ. δακρύω δ' ὑφ' εἰμάτων. Sed scripturam corruptam censet Porsonus[1].

Ad Iph. A. 1236. ἀντιλάζυμαι prætulit Herman. hæc Nostri respiciens.

[1] Hunc vero in modum disponit versus Blomf., quem sequitur etiam Scholef.,

στύγος κρατούσῃ

δακρύω δ' ὑφ' εἰμάτων ματαίοις—adeo ut δακρύω. "in initio versus dochmiaci justam quantitatem retineat." Wellauer. contra in uno versu comprehendit, quem statuit non esse, quod vulgo putatur, trimetrum, sed eodem metro decurrere, quo v. 73. ἐμοὶ δ' ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν θεοὶ. Sub voce

1209. (Ad Prom. 628.). Idem valent verba τί μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν quod μὴ μέλλε γεγωνίσκειν. (Ad Troad. 792.) Idem τίνος ἐνδέομεν; quod οὐδενὸς ἐνδέομεν (μὴ οὐ χωρεῖν). Si secus esset, non diceretur μὴ οὐ. Corrigendus Phœn. 305. τί μέλλεις——θιγεῖν; Incertus Rhes. 673. τί μέλλετε——σῶσαι βίον; Legendum θιγγάνειν et σώζειν. μέλλειν cunctandi significatione ne futuri quidem infinitivum, nedum aoristi, adsciscit.

1219. κατίδετε, ἴδετε. Notandum verbum simplex composito ejusdem significationis subjectum. Cujusmodi repetitiones apud Tragicos satis frequentes sunt.

1240. ἀκούεις βοὰν, ἀκούεις τέκνων; Hujusmodi repetitiones apud Tragicos frequentes sunt. Plerumque, non tamen semper, utrumque membrum idem metrum habet.

1242. παρέλθω δόμους. Omnes interpretes ante Musgravium, ni fallor, eum sensum verbis παρέλθω δόμους tribuunt, quem haberent πάρειμι δόμους, id est, *ingrediar domum*. Anglice *I will enter*. Sed subjunctivum pro futuro hoc modo non usurpant Attici. Si παρέλθωμεν scripsisset Eurip., sensus esset *ingrediamur*. Anglice,

---

voce δακρύω Maltb. monet semel tantum apud Homerum reperiri, sc. Batr. 67. ubi πολλὰ δακρύων versum claudit; in Euripide porro octodecies, in Soph. quindecies, in Aristoph. bis occurrere; corripi vero penult. in Scriptoris Incerti Epigrammate Anal. III. p. 237. ὑποδακρύω penult. brevi occurrere apud Ep. I. 4. docet Auctor libri, cui titulus "Attici Indices," et compositam vocem πολυδάκρυτος (υ) communem ferre apud Homerum sc. P. 192. Ω. 620.

Apud Æsch. ἐνδακρύειν legitur tertiâ productâ Agam. 524. et ad S. c. Theb. 814.

τοιαῦτα χαίρειν καὶ δακρύεσθαι πάρα.

apud Eur. Tro. 618. δακρύω pen. longâ in versu dactylico; Elect. 633. δακρύσει in Senario.

Let us enter. Is optime conveniret, si constaret, æque bene dici πάρελθω, *Let me enter*, ac παρέλθωμεν, *Let us enter.* Sed singulari plerumque præponitur φερε[1]: Soph. Phil. 1452. φέρε νυν—καλέσω. Eur. Or. 1282. φέρε νυν—βάλω. Phœn. 283. φέρε—μεθῶ. Interdum quidem deest φέρε, sed ita ut locum ejus obtineat alius imperativus. Cf. Hipp. 567. 1354. Andr. 842. Bacch. 341. (Ubi δεῦρο imperativi vim habet). Herc. 1059. Hom. Il. X. 450. Z. 340 Ψ. 71. Revertor ad verba παρέλθω δόμους, quibus signum interrogationis recte addidit Musgr. Tandem igitur evadit vera sententia, *Shall I enter?* Incertus enim est chorus, quid faciat. Cf. Herc. 1109.

1256. δυοῖν. Seidler. ad Eur. Electr. 95. "Atticum δυεῖν haud dubie præstat, frequentissimum illud in Græcâ Trægedia, et fortasse ubique reponendum." Apud Eurip. tantum non semper vulgo legitur δυοῖν[2].

1263. δεῖ γάρ νιν ἤτοι. Barnes. aliique δεῖ γάρ νυν. Particulas μέν νυν sæpe conjungunt Tragici; qui autem γάρ νυν dixerit, neminem eorum reperio.

1270. ἦλθον ἐκσῶσαι βίον. al. ἐκσώσων. Utriusque

[1] Vide Nostrum ad Heracl. 559. et Dobr. ad Plut. 965. ibi citatum. Laudat etiam hæc Nostri Dobr. Advers. Vol. II. p. 72.

[2] "Porsonus in Euripide δυοῖν semper edidit." Blomf. ad Prom. 803. Contra ad Æschyl. S. c. Theb. 916. ipsius Porsoni scripturam δυεῖν rejecit, cum esset "recentioris Atticismi." δυεῖν et Sophocli negavit Noster ad Œd. R. 1280. "Non videtur δυεῖν Tragicis concedendum." Herm. ad Hec. 44. his Nostri citatis. Quod ad Thucydidis usum attinet videndus Poppo Proleg. Cap. XVIII. Ad Plat. Gorg. p. 128. Stallb. "δυεῖν passim apud Platonem servatum delere nolui." Cf. etiam Lobeck. ad Phryn. p. 211.

constructionis exempla passim occurrunt. Sed ἰέναι, ἐλθεῖν, ἥκειν et similia longe frequentius cum participio construuntur quam cum infinitivo.

1271. μή μοι τι δράσωσ'. Haud dubie scripsit Eurip. μή νιν τι δράσωσ'. Facile permutantur νιν, μιν, μὲν, μοι. νιν et ἢ confusa sunt, ni fallor, apud Soph. Phil. 593[3]. νιν et ἂν apud Eur. Herc. 235.

1275. ἦπου κἀμ' ἀποκτεῖναι θέλει; Particulæ ἦπου non aliter interrogationi inserviunt, quam ἴσως, οἶμαι, ὡς ἔοικε, aliæque similes loquendi formulæ, quibus ejus, qui loquitur, de re aliquâ declaratur conjectura[4]. Cf. Orest. 749. ubi ἴσως idem est quod hoc ἦπου, Angl. *I suppose*, ut monui ad Heracl. 55. ἴσως et ἦπου conjungit Soph. ad Aj. 1008. Vide ibid. 176. 382. 622. 850. 1229. [Plura congessit ex Euripide exempla Noster, e quibus notandum est] Tro. 59. ἦπου δὴ ἐχθρὰν κ.τ.λ. ita vulgo—Markl. ad Suppl. 109. ἦπου γάρ conjecit, sed γὰρ post ἦπου positum nusquam legitur. ἦπου νυν Musgr. quem sequitur Matthiæ. Lego ἦπου νιν. Supplendum scilicet ὁρῶσα. De quâ constructione vid. Med. 880. Male vulgo legitur v. 678. ἦπου; etiam pejus cum Pseudogregorio legeretur v. 14. ἦπου enim non significat ὄντως. Male quoque, ni fallor, legitur apud Aristoph. Vesp. 724. ἦπου σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκεν, κ.τ.λ. Vide an legendum ἢ σοφὸς, ἢ σοφὸς ὅστις ἔφασκεν: ut in Æsch. Prom. 886.

---

[3] Ob numeros Noster mutavit ἢ (ad Phil. l.), ob numeros quoque eandem revocavit Hermannus. Discernant alii.

[4] Nimium in hac re Elmsleium arguit Pflugk. ad v. 678. ubi inter ἦπου, et ἦ γὰρ hoc tantum discrimen interesse statuit; Has scilicet fere majore cum vi in re parum credibili interrogare, illas vero lenius, et conjecturam quasi innuere. Sic quoque "ἦπου est expectantis affirmationem, οὔ που metuentis eam." Herm. Iph. A. 676.

1324. ἀνατί. Recte, non ἀνατεί: de hac adverbiorum familiâ consulendus in primis Blomf. ad Prom. 216[1].

1326. πέτρα apud Tragicos frequentissime ἄντρον significat. Ulysses apud Soph. Phil. 15. verbis δίστομος πέτρα respondet Neoptolemi ἄντρον v. 27[2].

1334. λέχους σφε κἠξίωσας οὕνεκα κτανεῖν; al. σφέ γ' ἠξίωσας. Particulæ γε in sententiam interrogativam admissæ nullum novi exemplum, quod bene cum hoc conferri possit. Dixit quidem Soph. El. 612. ποίας δέ μοι δεῖ πρός γε τήνδε φροντίδος, Ἥτις τοιαῦτα τὴν τεκοῦσαν ὕβρισε, Καὶ ταῦτα τηλικοῦτος; sed nemo non videt, πρός γε τήνδε cum emphasi dici, fere ut nostræ fabulæ v. 487. dicitur πρός γε σοῦ, quod nostrâ linguâ significat ***From such a wretch as you.*** Recte etiam dixit Eur. Suppl. 343. τί γάρ μ' ἐροῦσιν οἵ γε δυσμενεῖς βροτῶν; κ.τ.λ. Iph. A. 513. πῶς; τίς δ' ἀναγκάσει σε τήν γε σὴν κτανεῖν; Talia si exstarent sexcenta, non defenderent λέχους σφέ γ' ἠξίωσας οὕνεκα κτανεῖν[3];

---

[1] Ad Eumen. 59. ἀνατὶ e Nostri sententiâ Scholef. ἀνατεὶ tacite Well. Ad Bacch. 194. ἀμοχθὶ scribendum Elmsl. docet, collato Œd. Col. 1646. ubi ultimam producit ἀστακτὶ, eadem tamen in eâdem fabulâ v. 1251. corripit ι, quod sæpius fieri monet ibi Noster. Paullo aliter statuit Lobeck. ad Aj. 1213. ubi ἀνοιμωκτεὶ scribit, quod ab adjectivo derivatur, quæ vero e substantivis profluunt, ea dativorum vicissitudines sequi censet, e. c. παμπαιδὶ vult, sed per diphthongum παμπληθεί. De his quoque videndus Spitzner. Pros. Gr. § 31. Hermann. ad. Aj. l. = 1206. auctoritates enumerat, rem vero adhuc dijudicandam esse censet, nisi quod recte statuatur "quæ a verbis fiant adverbia, in ι terminari, nunc breve, nunc longum. In his igitur est ἀνοιμωκτί, non illud ab ἀνοίμωκτος, sed ab οἰμώζω deductum."

[2] Cf. Dobr. Addend. apud Pors. Aristophanica p. 109.

[3] Quinque et viginti loca in notis corrigenda tentavit Noster;

1345. σφᾶς, σφε, σφιν, σφίσιν, σφῶν. Comici ab horum pronominum usu consulto se abstinuisse videntur, licet in prosâ oratione frequenter occurrant.

1363, 4. M. οὔπω θρηνεῖς. μένε καὶ γῆρας.

IA. ὦ τέκνα φίλτατα. M. μητρί γε, σοὶ δ᾽ οὔ.

Primus Heath. γῆρας ante vocalem positum metro repugnare monuit. Delendum censet καὶ, ut versus sit catalecticus, qui ultimam syllabam ἀδιάφορον habet. Brunck. audacter edidit, οὔπω θρήνει. γῆράς σε μένει. Pors. οὔπω θρηνεῖς revocavit, simul monens, οὔπω θρήνει solœcismum esse. Deinde Heathio respondet, male adhiberi catalecticum, ubi personæ singulos versus alternis loquantur. Brunckii vero scripturam, γῆράς σε μένει, æque vitiosam esse propter hiatum[4], ac vulgatam μένε

E quibus (1.), ad Pers. 239. pro διὰ χερός γε maluit διὰ χεροῖν. Hic Well. "γε otiosum et metri caussâ insertum credit, χερὸς tamen ut sanum retinuit, corruptelam in αὐτοῖς latere ratus, pro quo σφισὶν fortasse reponendum." χερῶν cum Blomf. admisit Scholef. qui de vulg. χερὸς vel χερός γε ait, "Illud contra metrum, quod importuno γε miserrime sarcitur."

(2.) Ad Eur. Hec. 774. τίνος πρὸς ἄλλου; vel sine interrogatione οὔτινος ὑπ᾽ ἄλλου. Elmsl. Vulgatam τίνος γ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου. Pflugk. qui fortius negare γε credit, et Nostri de interrogativâ vi sententiam satis refutari ab Hermanno ad Phil. 439. (436.). Ipse autem Herm. in nuperrimâ edit. dedit τίνος δ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου. vide ejus notam; vide etiam ad Phil. loc. Wunderi annotata, qui defendit ποίου γε τούτου πλήν γ᾽ Ὀδυσσέως ἐρεῖς;

(3.) Ad Plut. 1112. ἀτὰρ διὰ τί γε. "δὴ pro γε legendum cum Elmsleio." Dobr. in l. His obiter subjiciam Blomf. sententiam ad S. c. Theb. 701. "Particula γε nunquam τίς interrogativum sequitur." Idem ibid. v. 712. monet particulas "γε μέντοι locum in interrogatione non habere."

[4] Cf. tamen Hipp. 1350. σχὲς ἀπειρηκὸς σῶμ᾽ ἀναπαύσω— ἒ, ἕ. ubi sic Monkius: "Hiatus in fine versus, contra morem

καὶ γῆρας propter brevem syllabam. Edidit igitur μένε καὶ γήρασκ'. "Subauditur talis sententia," inquit, καὶ τότε θρηνήσεις. Miror viros doctos facillimam emendationem h. v. prætermisisse, φεῦ τέκνα φίλτατα. Ita paullo ante v. 1360. φεῦ φεῦ μυσαρὰ καὶ παιδολέτορ. Soph. etiam Ant. 1299. φεῦ φεῦ μᾶτερ ἀθλία. φεῦ τέκνον. Apud Æsch. Prom. 98. αἶ αἶ pro φεῦ φεῦ omnes edd. ante Pors. Sed vulgatam defendere videtur simile violatæ συναφείας exemplum apud Eur. El. 1333.

ΟΡ. τάδε λοίσθιά μοι προσφθέγματά σου.
ΗΛ. ὦ χαῖρε πόλις, χαίρετε δ' ὑμεῖς
Πολλά, πολιτίδες.

De formulâ ὦ χαῖρε dixit Pors. ad Or. 470. Quinquies etiam in una fabula συνάφειαν[1] propter mutatam personam violavit Soph. Œd. Col. 139. 143. 170. 173. 1757. Idem Ant. 931. Quæ Seidl. de Dochm. p. 80, 1, 2. collegit exempla, fere omnia falsa. Nostrum locum prætermisit.

1380. οὓς μήποτ' ἐγὼ φύσας ὤφελον Πρὸς σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι. Metro laboranti alii aliter succurrunt. Bentl. ad Phal. p. 142. ὄφελον, quod probat Heathius. Musgr. ex conjecturâ edidit ἐκ σοῦ quod retinuerunt Brunck. Beck. et Pors. Vulgatam revocavit Matth. Ha-

---

anapæsticorum, manere sinitur. Hoc ob suspensam histrionis vocem, et exclamationem in versu sequente, factum esse videtur. Suspicio tamen oriri potest, excidisse parœmiacum et fortasse plures versiculos."

[1] συναφείας neglectæ exemplum notat Blomf. ad S. c. Th. 824. qui versus quidem et sensu et metro laborat. Vide Well. et Scholef. in l. Monkius ad Alcest. 78. propter exclamationem, vel mutatam personam, Scenicis hanc licentiam concedendam putat. Transponendo voces corrigit Dobr. Iph. A. 600.

rum conjecturarum melior est ὄφελον[2]. Quis enim sibi persuaderi sinat πρὸς σοῦ pro ἐκ σοῦ librariorum errorem esse, quibus πρὸς hoc sensu usurpatum fraudi fuisse ostendit Pors. ad Hec. 762. Alterum argumentum contra Musgravii conjecturam a metro duci potest. Rarissima apud Euripidem dipodiæ anapæsticæ forma dactylus spondæo vel anapæsto subjectus, ut ad μείζους ἤλυθον v. 1051. monui. Miror Brunckium, qui tragicos etiam in senariis augmentum metri caussa nonnunquam abjicere statuit, Musgravii scripturæ lenissimam Bentleii conjecturam non prætulisse. Nemo enim ignorat, majorem in anapæsticis, quam in senariis licentiam concessam esse. In Brunck. editione legitur apud Æsch. Pers. 911. (918.) εἴθ' ὤφελε, Ζεῦ, κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν: κ.τ.λ. Quæ scriptura si cæteroqui recte se habet, haud dubie reponendum ὄφελε e Turnebianâ. Quod reposuit Blomf, ὤφελες, [Qu. ὤφελεν?] ὦ Ζεῦ, solâ ejus conjecturâ nititur. Alterum augmenti in hoc metro omissi exemplum præbet Æsch. Ag. 1561. τοῦτο. πρὸς ἡμῶν κάππεσε, κάτθανε. Sed neque hunc locum sanum agnoscunt omnes[3]. Apud Eur. legitur Iph. A. 47. πέμπεν φερνὴν. Ubi πέμπει reponen-

---

[2] ὄφελεν "præferendum duxi," Well. "Augmenti omissionem in anapæsticis recte vindicat Elmsl. ad Med. 1380." Scholef. Idem statuit Lobeck. ad Aj. 234. ὧν τὰ μὲν εἴσω σφάζ' ἐπὶ γαίας ubi inquit, "Sine caussâ Heathius coronidem requirit εἴσω 'σφάξ'."

[3] Porsonus emendat "Dele κάππεσε, κάτθανε et subaudi ἐστι." Advers. p. 158. "Male" Well. "Cave facias" Blomf. Sub silentio vulgatam exhibet Scholef. Ad Iphig. l. c. πέμπειν dedit Hermannus, ubi recte de augmenti omissione Nostrum judicasse statuit, "quod etsi abjicitur aliquando in anapæstis, tamen hoc in verbo et similibus servatur necessario." Cf. etiam Dobr. Adversar. Vol. II. p. 26.

dum monuerunt viri docti. Melius exemplum præbent ejus Cretenses Fragm. II. 10. ἁγνὸν δὲ βίον τείνομεν, ἐξ οὗ. κ.τ.ε. Quæ verba in legitimo systemate anapæstico leguntur.

1382. [Vide Alc. Andr. Bacch. Hel. sub fine.] In quinque fabulis uno tantum versu mutato eadem terminatione usus est Euripides.

IN

BACCHAS.

IN BACCHAS.

EX ARGUMENTO.

Hoc saltem certum videtur, Euripidem sub extremum vitæ tempus Bacchas scripsisse, idque in Macedoniâ, cujus regionis bis eam mentionem facit, ut ostendat se populo Macedonico placere voluisse. Vide ad vv. 406. 565. Numeri Baccharum tales sunt, quales in ultimis Euripidem fabulis usurpasse docuit Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 115. In Bacchis v. c. senarii plus minus quinquaginta primum pedem anapæstum habent: in Medeâ vero sex[1].

In Fabulam.

15. δύσχιμον: [Cf. Elmsl. ad Diar. Class. T. ix. p. 33.] Præter nostrum locum quater in Atticâ poesi scribendum videtur δύσχιμος. Æsch. Theb. 509. Choeph. 184. Pers.

[1] Hæc Nostri, nec verbum amplius, rescripsit Both. in Præfat. suæ edit. Pari ferè ratione quivis è versuum structurâ crediderit serius e Sophoclis manibus Œdipum Col. prodiisse. Inter Æschyleas fabulas quænam fuerint priores breviter tetigi ad Elmsleii Præfationem in Medeam. Similiter Plutus Aristophanis, ultima quod ad tempus, eadem est quod ad numeros "omnium corruptissima fabula."

Ad. v. 574. εὔϊππον χώραν de Macedoniâ dicitur, quod potius de Thessaliâ dicendum esset; "Videtur igitur," inquit Bothius, "plus justo dilectæ sibi Macedoniæ tribuisse."

566. Eurip. Suppl. 962. Sæpius non legitur δύσχειμος. Similis formæ adjectivum μελάγχιμος simili modo corruperunt librarii. Apud Æsch. Pers. 301. μελαγχείμου exhibuit Aldus, idem dedit apud Rhes. 962. His perpensis, nemo, opinor, obstabit quo minus ex Atticorum scriptis expellatur δύσχειμος[1].

18. Ἕλλησι: Non opus est ut moneam, Græcorum in Asia colonias Cadmo longe recentiores esse. Sed talia non curat Euripides. Vide ad Ion. 191.

Ibid. πλήρης et similia plerumque genitivum regunt, neque alterum exemplum novi quod cum hoc conferri possit. Hoc attulit Matth. Gr. Gr. § 329. p. 470. Mihi μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ dixisse videtur noster, utpote οἰκουμένας, vel aliquid ejusmodi dicturus[2].

32. τοιγάρ νιν αὐτάς. Nullus pleonasmus est in his verbis, significant *eas ipsas*. αὐτὰς antepodosin habere πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων. v. 35. jam monui ad Med.

---

[1] De hoc nulla hodie lis est. Ad. Pers. loc. "Alteram formam, (δυσχείμους) si bene conjicio, Græcia nesciebat." Blomf. "Vox neque metro satisfacit, neque Græca est." Well. Bis apud Xen. Cyneg. μελάγχιμος pro vulgatâ μελάγχειμος restituit Dindorf. Apud Epicos forma δυσχείμονας occurrit in Apol. Rhod. IV. 635. et bis apud Homerum δυσχείμερος. Il. B. 750. Π. 234.

[2] Dativum quoque adsciscere et πλήθειν et πληροῦν statuit Bothius, citatis de πλήθειν Jacobsii Anthol. Palat. III. p. 106, de πληρόω Herc. F. 372. Cujus loci cum alia potest esse constructio, ὅθεν scilicet genitivi vice, non πεύκαισι, juncto cum πληροῦντες, meliores quærendi sunt auctores. Cf. igitur Æsch. Theb. 459. φιμοὶ——πνεύμασιν πληρούμενοι. et Eumen. 538. σάλπιγξ βροτείου πνεύματος πληρουμένη. Recentioris esse notæ neque Homero neque Pindaro quidem usitatam πληρόω Dissenius monet ad Ol. XIII. 83. Addo nec magis notum πλήρης adjectivum; haud diu tamen delitebant, utrumque etenim apud Herodotum frequenter usurpatum est.

1263. Frustra igitur sunt, qui reponunt νυν, quod in Atticâ poesi τῷ γὰρ subjectum nusquam exstat, licet passim occurrat μέν νυν. τοιγάρ νιν legitur apud Æsch. Suppl. 315.

52. ἄρχειν τινὸς. Usitatior constructio quam ἄρχειν τινὶ, licet hæc satis usitata sit[3].

58. πόλις apud Tragicos passim regionem significat. Cf. Ion. 294.

Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις[4].

72. ὑμνήσω. Primam corripere monent Musg., Pors. ad Med. 441. Herm. Elem. Doctr. Metr. p. 47. aliique. Cujus licentiæ exempla vide ad Soph. Antig. 352. οὔρειόν τ' ἀδμῆτα ταῦρον. Sed de horum numero eximendum est ὑμνήσω[5].

Ibid. Διόνυσον. Aldus per σσ vv. 72. 82. 85. 155. 535. 551. 558. Hæc omnia recte scripta exhibet Pal.

---

[3] Sexies apud Æschyl. occurrit sequente casu, semel tantum cum dativo. e. g. Prom. Vinct. 961. δαρὸν γὰρ οὐκ ἄρξει θεοῖς. Cf. Matth. Gr. Gr. § 338.

[4] In eodem sensu apud Pind. Ol. 7. 34. qui et de insulâ usurpat Isth. IV. 48. πόλις Αἴαντος——Σαλαμὶς. ubi vide Dissenium. Idem sonat περιῤῥύτας πόλεις. apud Æsch. Eumen. 77. ut monet Well. Similiter ad Soph. Philoct. 112. Τροίαν non urbem solum sed adjacentes etiam agros significare docet Wunderus in loco. In alteram partem vocabula χθὼν, γῆ, immo et νῆσος non raro *urbis* induere significationem affirmarunt Critici, quos, ad Eurip. Troad. v. 4. τήνδε Τρωϊκὴν χθόνα, citavit Seidlerus, ipse tamen aliter locum intelligit, de agro scilicet ad Trojam pertinente. πέδον pro πόλιν dictum habes ad Philoct. 69. ubi consulas Buttm. annot.

[5] Cf. Pors. Advers. p. 257. et Suppl. Præf. Hec. p. XXI. videndus et Hermannus ad locum ibi notatum, sc. Iph. A. 1578. (edit. 1831.) Eandem rem movit Noster supra ad Med. 428.

qui tamen Διονύσσω habet v. 119. ubi Aldus Διονύσῳ. Laur. nonnunquam σ geminat a primâ manu, sed sæpius a correctore. Barnesius literam supervacaneam ubique delevit[1].

73. Ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαίμων,
τελετὰς θεῶν εἰδὼς.

εὐδαίμονες igitur οἱ μεμυημένοι. De quibus loquitur noster non solum quia felices sunt, sed etiam quia majore quam ceteri mortales rerum divinarum scientiâ præditi.

---

[1] Veteres in hujusmodi vocibus literam repetitam plerumque vitasse docebunt quæ, inter plurima, subjiciam exempla. Ad Æsch. Eumen. 336. τιθάσος omnes hodie, monente Pors. ad Advers. p. 160. quod idem de τιθασεύω monet Ibid. p. 112. de τιθάσοι. iterum, p. 137. Ad Prom. 504. κνίσῃ Blomf. et Scholef. sed per σσ restituit Wellauer. qui et contra utrosque exhibet ἐλιννύοντα 53. Prom. V. Ἐριννύν Agam. 59. et alibi. De hac voce cf. Nostrum Œd. Col. 1299. His adde κονίσαλος Maltb. Thes. s. voce. Ὀφέλαν Pors. Advers. p. 81. σιροῖς Dobr. Advers. Vol. I. p. 369. Κηφισὸς Noster Œd. Col. 687. γρυλίζω Dobr. Aristoph. Plut. 307. Κασάνδρα omnes fere Edd. præter Hermann. qui per σσ cur scribat rationes reddit pluribus ad Hec. 86. Idem vero ad Soph. Electr. 174. Κρίσαν non Κρίσσαν legendum esse contendit. Consulendi præterea Poppo. Thuc. Proleg. Vol. II. p. 475. de Ἰαλυσός. Piers. ad Mœr. § 24. de ἀέναος. Wellauer. Prom. 599. de θεόσυτος, de δορυσόοις ad S. c. Theb. 118. hoc tamen per σσ scribendum contendit Blomf. in l. Cf. et Nostrum Œd. Col. 1313. Videndus denique Lobeck ad Aj. 183. Huc referenda, quam tandem vidi, Dobræi annotatio in Ran. 1243. (Advers. Vol. II. p. 175). "Recte Παρνασσὸν per σσ Kusterus, ni fallor, quamvis negante Brunckio. Omnia ista locorum nomina in ησσὸς Ionice, ηττὸς Attice, ασσὸς Dorice et Æolice, exivisse videntur. Eurip. Phœn. 1105. (1116. Pors.) non decernit Valckn. inter Τευμησὸς et -σσός. Vide Blomf. ad Prom. 751. Unde Λυκαβηττὸς 1088. reponendum. Ita Τιταρησσὸς apud Homerum legendum suspicor."

Noster Herc. F. 613. Μάχη· τὰ μυστῶν δ' ὄργι' εὐτύχησ' ἰδών[2].

87. εὐρυχόρους. Homericum sæpius apud Tragicos non legitur[3].

95. Κρονίδας Ζεύς. al. Κρονίδα sicut νεφεληγερέτα et similia apud Homerum. Sed ea nominativi forma ne apud Homerum quidem in patronymicis obtinet.

97. χρυσέαισι Laur. cum gl. συνίζησις. Quod etsi fortasse verum est, fortasse etiam χρυσέαισι primam corripit[4], ut χρύσεα v. 372. Vide Herm. El. Doct. Metr. p. 44. Eadem ambiguitas apud Soph. Œd. T. 158. εἰπέ μοι, ὦ χρυσέας τέκνον ἐλπίδος ἄμβροτε φάμα.

107. χλοηρᾷ haud dubie recte se habet, licet χλοηρος, quod sciam, nusquam alibi exstet.

108. μίλακι. al. σμίλακι. Sed σ a correctore additum videtur[5].

---

[2] Cf. hujus fabulæ v. 900. Frustra tentat εὐδαίμονες ut superfluum præcedente μάκαρ Markland. cui profert Bothius Theogn. 1013. Ἆ μάκαρ, εὐδαίμων τε, καὶ ὄλβιος, κ.τ.λ. Conferri potest et v. 909. hujus fabulæ. τὸ δὲ κατ' ἆμαρ, Ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων, μακαρίζω.

[3] Quater apud Pind. usurpatur hæc vox, pro vulgato enim εὐρυχώρου Nem. x. 97. vel ob metrum reponendum esse εὐρυχόρου monet Maltb. s. v.

[4] Cf. Nostrum ad Med. 618. et Scholef. ibi advocatum. Dubitare videtur Seidl. ad Troad. 536. de χρύσεος primâ correptâ, multo magis autem ibid 867. ubi pro trochæo vulgata lectio exhibet. Viderint alii quantum valent Hermanni sententia ad Hec. 466. (ed. 1831.) "Falluntur," inquit, "qui δαιδαλέαισι in quatuor syllabas contrahi posse, ut in tres contrahitur χρυσέαισι, putant, non attendentes, quid intersit, utrum longa syllaba an brevis contractionem præcedat. Vide denique Bothium ad Herc. F. 344.

[5] Censor vero hujus edit. (Mus. Crit. II. p. 658.) σμίλαξ potius Atticos dixisse credit, sicut et σμίκρος pro μίκρος prætulerint. Aliter statuit Dindorf ad Aves, 218. quem vide. Ad

Nub.

141. ἔξαρχος. Vox Homerica[1]. Il. Ω. 720. ἀοιδοὺς θρήνων ἐξάρχους. Demosth. de Cor. p. 516. B.

147. ἀΐσσει. Hodie inter omnes convenit, activam significationem τῷ ἀΐσσειν sine solœcismo tribui posse. De qua re videndus in primis Porsonus ad Or. 1427. Altera quæstio est, utrum scribendum ἀΐσσει an ᾄσσει. Licet metrum incertum sit, eo melior videtur forma trisyllaba, quod hunc versum superiori similem reddit. Qui ἀΐσσειν Atticis omnino abjudicant, eodem errore teneri mihi videntur, quo teneretur, qui ex eo quod ᾄδειν apud eos passim legitur, omnia alterius formæ ἀείδειν exempla corrupta pronunciaret. Vide Pors. ad Hec. 31. cujus exemplis adde Euripidem Suppl. 962[2].

Nub. 1003. Dobr. (Advers. Vol. II. p. 160.) hæc: "μίλακος sine σ̄ diserte Eustath. Οδ. ρ. 1822. 21. ex Aristoph. Sed σμ. Rav."

[1] Hoc uno loco apud Homerum usurpatur. Germana vox est ἔπαρχος Æsch. Agam. 1198.

[2] Ad Aj. 40. ᾖξεν χέρα pro χερὶ, contra Ruhnkenium Epist. Crit. p. 33. diserte vindicat Lobeck. quod idem facit et Herman. ad Hec. 53. (ed. 1831.) de geminâ locutione πεδᾷ πόδα. Quod ad formam attinet, "Plerumque dissyllabon" esse statuunt Pors. l. c. (Hec. 31.) et Monk. ad Hipp. 1348. Contra Herm. ad Hec. l. cum Nostro trisyllabum pluribus locis ferri apud Tragicos contendit. Ad Pers. 476. Blomf. vix satis accurate loqui Porsonum arbitratur, quando "paullo licentiæ" tragicis concedit. Piersoni sententiam (*semper* scilicet dissylabon esse) in universum veram esse credit, nisi forte in choricis. Ibidem tamen Wellauer. hanc licentiam tribuit Tragicis quæ "si nusquam, in nuntii certe narratione concedenda est." Hæc si vera sunt constat quantitatem primæ syllabæ τοῦ ἀΐσσειν diversam esse Homero et Tragicis, His scilicet brevem, Illi vero semper longam, e. c. Od. κ. v. 99. claudit ἀπὸ χθονὸς ἀΐσσοντα. Hinc Monk. ad Hipp. l. monet male Valck. et Brunck. ᾄσσουσ' scribere "quasi prima diphthongi vocalis per se longa esset." In

149. ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων. ἰαχαῖς hic mediam producere videtur, ut plerumque apud Atticos[3].

181. παῖδα θυγατρὸς. Malim παῖδα παιδὸς. Idem valet apud tragicos παῖς παιδὸς quod apud prosæ orationis scriptores υἱδοῦς et θυγατριδοῦς. Vide infra 1326[4].

184. ποῖ δεῖ χορεύειν; ποῖ καθιστάναι πόδα; Recte se habere videtur vulgata, cum sensus sit ποῖ ἐλθόντας. Recte, ni fallor, vulgo legitur apud Aristoph. Eccl. 832. ὅποι δειπνήσετε. Plura ad Œd. Col. 23. ubi nostrum versum citat Brunckius[5].

191. οὐκ οὖν. Apud veteres, ut sæpe[6] monui, nullum discrimen est inter οὐκοῦν et οὔκουν, quorum loco scribendum οὐκ οὖν.

192. ἀλλ' οὐχ ὁμοίαν ὁ θεὸς ἂν τιμὴν ἔχοι. Aldus ὁμοίως

In uno tamen loco Troad. 157. productam primam notat Seidl., quod "ferendum fortasse Homeri exemplo" dubitanter concedit Herman. ad Hec. l. versum contra corruptum respuit Blomf. ad Pers.

[3] Quantitatem hujus verbi sæpius tetigit Noster, cf. Œd. T. 1222. Heracl. 752. Med. 147. 201. Vide etiam Scholef. ad Orest. 802.

[4] Simpliciter pro posteris in plurali. e. g. Herc. Fur. 6. οἵ Κάδμου πόλιν τεκνοῦσι παίδων παισίν, cui loco conferendus ejusd. fabulæ v. 716. τέκνων τέκνοις. Sic et in Tyrtæi Eleg. I. 29.

Καὶ τύμβος, καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσημοι,
Καὶ παίδων παῖδες, καὶ γένος ἐξοπίσω.

[5] Ad Herc. Fur. 1236. κοὐκέτ' ἔσθ' ὅπη τεθῇ dedit Herm. cujus verba sunt, "ὅποι certe solœcismum contineret ut in Œd. Col. 23. vulgata lectio ἔχεις διδάξαι δή μ' ὅποι καθέσταμεν. ad quam defendendam non adhibendus erat a Brunckio Baccharum versus 180." Plura vide ibid.

[6] Scilicet ad Œd. T. 342. Œd. Col. 897. Heracl. 256. Respicit sed non sequitur hanc Nostri regulam Herm. ad Soph. El. 789.

ἂν ὁ θεὸς. Diu est quum dixi in Cens. Trimest. T. VII. p. 448. *It is certain that in tragic iambics, a monosyllable which is incapable of beginning a verse, as ἂν, γὰρ, δὲ, μὲν, τε, τις is very rarely employed as the second syllable of a tribrach or dactyl.* Quæ de primo pede dicenda habeo, rectius ad v. 285. dicentur. Nunc non nisi de mediis pedibus loquor. Dixit quidem Aristoph. Eccles. 1079· ἕλκοντε τοὺς πλωτῆρας ἂν ἀπεκναίετε. Sed ne Comici quidem talibus exemplis abundant. Neque Aristophanem ἂν ἀπεκναίετε dicturum fuisse opinor, nisi ἂν verbo suo præpositum pene unam vocem efficeret. Longe diversum ab hoc ἂν ἀπεκναίετε est ἂν ὁ θεὸς de quo nunc agitur. Neque exempla è comicorum scriptis petita in hac quæstione multum ponderis habent. Dixit igitur Eurip. Phœn. 541. συνδεῖ· τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ. Sed neque hoc exemplo, quod unicum apud Tragicos reperi, res confici potest. Duæ enim monosyllabæ voces τὸ γὰρ unam dissyllabam valent, præcipue in initio sententiæ, neque auribus ingratior est hic versus quam Ion. 931. τί φῄς; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς; De quo plura dicturus sum ad v. 938. Mutavi igitur sedem particulæ. Legi etiam potest ἂν θεὸς sine articulo. Sed altera ratio melior est. Mutavi etiam ὁμοίως in ὁμοίαν. Quod neminem improbaturum spero, qui perspectum habeat, quoties in adjectivorum locum irrepserint adverbia in ως desinentia. Cf. Soph. El. 800[1]. ubi nondum me persuasit Hermannus, ut vulgatam καταξίως pro sano habeam.

194. ἀμοχθὶ. Reposui, ut semper in similibus. Cf. Œd. Col. 1646. ubi ultimam producit ἀστακτί[2].

---

[1] Cf. Nostri annotata ad Heracl. 544.

[2] Geminus huic locus est ad Med. 1324. ubi ἀνατὶ pro ἀνατεὶ reponens Noster citavit Blomf. ad Prom. v. 216. Illius

vero

200. *οὐδὲν σοφιζόμεσθα δαίμοσι.* Male Græcum esse *οὐδὲν σοφιζώμεσθα* monet Pors. Advers p. 264. Similem solœcismum *οὔπω θρήνει* Eur. Med. 1396. tribuit Brunck. Nova fortasse constructio *σοφιζόμεσθα δαίμοσι*, quod cum dixit Poeta, *πολεμεῖν*, *ἐπιβουλεύειν* aut ejusmodi aliquid in animo habuisse videtur.

223. *πτώσσουσαν.* Iterum hoc verbo utitur noster Hec. 1064.

> *ὦ κατάρατοι, ποῖ καί με φυγᾷ*
> *πτώσσουσι μυχῶν;*

Cum Baccharum loco cf. Andr. 753. *ὅρα δὲ μή νυν εἰς ἐρημίαν ὁδοῦ Πτήξαντες οἵδε, πρὸς βίαν ἄγωσί με.*
Cum altero Cycl. 406. *ἄλλοι δ' ὅπως ὄρνιθες, ἐν μυχοῖς πέτρας Πτήξαντες εἶχον.* Hæc attuli ut ostenderem *πτήσσειν* et *πτώσσειν* non nisi formâ differre [3].

---

vero sententia digna est quæ breviter hic rescribatur. Omnia scilicet adverbia e tertio non e secundo casu orta esse statuit, in *ως* quæ desinunt a dativo plurali in *οις* profluere, quot vero in *εί* vel *ι* a dativo singulari hoc modo formari: Nomina nempe in *η* vel *α* desinentia antiquitus dativum per *ει* exhibebant, *ω* et *η* nondum repertis, unde *βοὲ* genit. *βοὲς*, dativ. *βοέι*—sic tandem *αὐτοβοέι*. Contra nomina in *ος* dativum in *οι* terminabant, hinc adhuc exstant adverbia *πεδοῖ*, *ἐνδοῖ* et similia. Postea ne cum nominativo plurali confunderentur, exstruso priore diphthongi vocali, per simplicem *ι* scripta erant. Tamen notandum est hæc Wellauero non probata esse, qui in Prom. l. *ἀμοχθὲι* restituit. Adverbium hujus familiæ, nusquam alibi, quod sciam, repertum, recepit Dobr. (Advers. Vol. I. p. 497.) ad Demosth. pro Phorm. 946. sc. *ἀντιμοιρεὶ* Angl. *share for share*, quod Wolfius voluit pro *ἀντιμορεῖν* vel vulgatâ *ἀντῖμοιρίας*.

[3] Eadem est ratio *τοῦ ῥήσσειν* et *ῥώσσειν*. De quibus hæc Blomf. ad Pers. 439. s. v. *ἔῤῥωγεν*. "Præteritum medium a *ῥώσσω* *findo*, verbo inusitato. Grammatici a *ῥήσσω* ducunt; cujus forma Ionica erat *ῥώσσω*, sicuti *πτώσσω* dicebant pro *πτήσσω*."

224. πρόφασιν μὲν ὡς δὴ Μαινάδας θυοσκόους. Plena oratio est ὡς δὴ Μαινάδας θυσσκόους οὔσας. Participium simili modo omittit noster Androm. 233. ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ' οὐχὶ σώφρονα. Sic etiam Aristoph. Vesp. 1306. οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός.

Ibid. θυοσκόος apud Tragicos sæpius non legitur[1].

246. ἀγχόνης ἐπάξια: al. ἔστ' ἄξια: Noster Or. 614. (= 607.)

μᾶλλον δ' ἐκείνη σοῦ θανεῖν ἐστ' ἀξία.

His exceptis, nullum senarium apud Tragicos exstare puto, qui in initio quinti pedis ἔστ' vel ἐστ' habeat. Itaque legendum arbitror in Bacchis ἐπάξια, in Oreste ἐπαξία. Ita noster v. 715. ὡς δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τ' ἐπάξια[2].

247. ὕβρεις ὑβρίζειν: Ut Noster Herc. 741. Fortasse utrobique legendum ὕβρισμ' ut Heracl. 18. Plurale ὕβρεις

πτήσσω." Plura vide apud eundem; consulendus et Valck. ad Hippol. 1338. Indifferenter utramque formam ad ῥηγνύναι refert Wellauer. Lex. Æschyl. πτώσσειν. Herod. IV. 48. "i. q. commune πτήσσειν" ait Schweighæus. Lex. Herodot. "πτήσσειν est commune et Atticum, πτώσσειν vero ἰωνικόν. Sic et ῥήσσω et ῥώσσω." Damm. Lex. Homeric. Cf. et Poppo. Thucyd. I. 66. οὐ μέντοι πόλεμός πω ξυνεῤῥώγει; cui simile est Aristoph. Eq. 644. οὐ πόλεμος κατεῤῥάγη.

[1] Plura hujus ellipseos exempla contulit Dobr. Adversar. Vol. I. p. 430. Quod ad formam attinet, θυοσκεῖς ad Agam. 86. dedit Blomf. ubi cæteri fere omnes θυοσκινεῖς. Quid apud Homerum significant voces θύω et θυοσκόος (hæc semel in Iliade, bis tantum in Odyss. occurrit, ni potius legendum θυοσκόπος) consulendus omnino Damm. Lex. cc. 1076. 1300.

[2] Vide Elmsl. ad Med. 326. et Scholef. ad Orest. l. c. τῷ ἀγχόνης ἐπάξια similes locutiones congessit Monk. ad Alcest. 233. et Pflugk. ad Heracl. 247. Simillimum est istud Theocriti ἐπάγξεσθαι με ποιήσεις, cui respondet Virgilianum "*mori me denique coges.*"

sæpius non legitur apud Tragicos[3]. Nam apud Eurip. Heracl. 924. metro repugnat Aldina scriptura ἔσχε δ' ὕβρεις ἀνδρός. Apud eundem Suppl. 495. pro vulgatâ ὕβρις ἀπώλεσεν, alii ὕβρεις ἀπώλεσαν reponunt, alii ὕβρισμ' ἀπώλεσεν, quod Porsono placet. Plura vide ad v. 1269.

247. ὅστίς ἐστιν. De constructione dixit Pors. ad Orest. 1645. Cf. Helen. 313[4].

270. θρασύς τε δυνατός. δυνατὸς pro δυναστὴς dici monet Musgr. Is scilicet ὃς ἂν δύνηται πόλεος, ἔν τ' ἀρχαῖσιν ᾖ, ut ait Noster Orest. 895. Hos δημαγωγοὺς appellant Comici, Tragici vero plerumque προστάτας[5].

---

[3] Consulto tamen pluralem formam Euripidem adhibuisse credit Censor hujus fabulæ apud Mus. Crit. II. 662. quippe quæ Bacchi peccata *plurima* melius ostenderet; nec ὕβρισμ' quidem in ὕβρεις a librariis facile permutari posset. Sic etiam Pflugk. ὕβρεις retinuit quòd "De *multiplici* contumeliâ sermo est." ὕβρεις quoque ad Herc. Fur, l. c. tacite Pflugk. et Hermann. Ad nostræ fabulæ v. 1250. (=1296.) ita Dobr. "Lege ὕβριν γ'—ὕβρεις defendit Herc. F. 726." Similis locutio est apud Æsch. Fragm. XLV. p. 397. Scholef.

ὕβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ ἀνασχέτους ἐμοί.

Apud Plat. Phædon. p. 104. ὕβρεις μεμελετηκότες sunt *flagitiosi, stupris dediti.*

[4] Duplex quidem est hic τοῦ ὅστις usus, in rectâ scilicet, et in trajectâ oratione. Consulendi sunt Pflugk. ad Hel. l. c. (=306.) Blomf. et Wellauer. ad Agam. 155.

[5] Si imperium penes populum esset, qui valebant auctoritate δυνατοὶ vocabantur, qui vero ipsi sibi arrogarent δυνασταί. Ita Valckn. ad Luc. Evang. Sic Æschylus Agam. v. 6. Λαμπροὺς δυναστὰς sidera vocat, utpote quæ homines humanaque omnia dirigere credebantur. Sic et Dobr. Advers. Vol. I. p. 337. δυνατοῦ pro δυνάστου legendum censet, quod "δυνάστης est *tyrannus*, Dem. Aristocrat. p. 661. 12." Nec huic contrarium est quod Idem dicit Adversar. Vol. II. p. 312. "Majus est τύραννος quam δυνάστης." Adeas, velim, Demosth. Olynth. III. ubi

279. πῶμα. Hanc scripturam ubique admittendam esse docuit Pors. ad Hec. 392. Omnia in μα desinentia penultimam apud veteres producunt, præter ὄνομα, στόμα, ἔρυμα. Recentiorum sunt εὕρεμα, θέμα et similia[1].

285. ὥστε διὰ τοῦτον. Hujus versus oblitus videtur Pors., quum de particulis τε et γε scripsit Præfat. p. xvi. neutram earum secundam pedis trisyllabi syllabam ne

---

προστάταις habes, præcedente ῥήτορες; utramque vocem per δημαγαγοὺς interpreteris, hanc modo in sensu malo, illam in bono accipias.

[1] De πῶμα ad unum consentiunt Critici, inter quos videndus Pors. Advers. p. 218. quem ad verbum sequitur Monk. Hippol. 209. Vide etiam Schneider de Trag. Dialect. et Maltb. Thesaur. sub. v; cujus est cum Beckio sententia, πῶμα scilicet Euripidi neque *poculum*, neque *operculum*, (quod Homero,) neque aliud nisi *potus* sonare. Edidit quidem Brunck. ad Philoc. 714. ὃς μηδ᾽ οἰνοχύτου πόματος. πώματος vero jure ab aliis edd. restitutus est, et versus aliter dispositus; Cæteri tacite, Wunderus autem hæc in l. "Plerique libri πόματος quod tum metro adversatur, tum, monente Pors. ad Hec. 396., Atticorum usui." Genuinam formam per ω vindicant quoque Well. ad Eum. 256. Stallbaum. Plat. Gorg. p. 251. Phædon. 207. Elmsleii legem de penult. hujusmodi verborum, oppugnaret, si modo vera esset lectio, quam recepit Hermann. Herc. Fur. 441. ἔνδυμ᾽ ἔχοντας, τοὺς τοῦ μεγάλου, quam citavit quoque Maltb. Thes. unice autem verum est, quod dedit Both. ἔνδυτα sive ἐνδυτά, ambigitur enim de accentu; cf. hujus fab. vv. 111. 744. "ἐνδῠμ᾽.—Qu. de quantitate. An ἔνδυτ᾽?" inquit Dobr. ad Herc. Fur. l. (Advers. Vol. II. p. 117.) Nostri legem confirmat etiam Pors. Advers. p. 55. ubi statuit εὕρεμα esse "verbum Atticis incognitum." "ἔνεμα tantum in medicinis repertum vulgarem formam obtinuisse, quis miretur?" inquit Lobeck. ad Phryn. p. 249. ubi plura de hujusmodi verbis. Vide tamen Spitzner. Gr. Pros. § 66. 2. c. et Maltb. Thesaur. sub. vv. ῥύμα et πλύμα, alterius de significatione vide Pors. Advers. p. 111. Addas etiam quæ Dobræus annotata dedit ad Pluti v. 1062.

apud comicos quidem in iambico metro esse posse. Si hujusce ὥστε διὰ τοῦτον recordatus esset, haud dubie legendum monuisset διὰ τοῦτον ὥστε, quæ ejus conjectura exstat Adversar. p. 264. Confert Eurip. Hec. 540. Phœn. 509. Ex quibus exemplis satis constat, Euripidem non male scripturum fuisse, si scripsisset διὰ τοῦτον ὥστε. Nam διὰ τοῦτον in initio versus eodem jure dixisset, quo παρὰ σοὶ λεγέσθω v. 334. παρ' ἐμοὶ v. 502. ἐπὶ δαῖτα v. 1245. Sed vulgatam sanam puto. Quod de particulis τε et γε statuit Porsonus, etiam de ἂν, δὲ, γὰρ, μὲν aliisque nonnullis plerumque verum esse monui ad v. 192. Sed in mediis pedibus (de quibus solis ibi agebatur) aliquam licentiam sumunt scenici poetæ, in primo vero longe majorem. Duo exempla ex Aristophanis Pluto regulæ suæ contraria attulit ipse Pors. Sex e Comicis, unum e Satyrico dramate addidi Censuræ Trimest. T. VII. p 448. Numerum auxit Dobræus ad Aristoph. p. 104. Nullum horum ex tragœdia sumtum fateor. Sed neque illud τὸ γὰρ ἴσον, quod ad v. 192. attuli, quidquam sibi simile habet apud Tragicos. Neque magis aures lædit ὥστε διὰ τοῦτον in initio senarii, quam si ὥστε re verâ vox dissyllaba esset. Non valde numerosus est versus, πάντα διὰ τοῦτον τἀγάθ' ἀνθρώπους ἔχειν, sed qualis in hac fabula (quam pene ultimam scripsit Euripides) locum habere sine suspicione posset. In eadem tetralogia fuit Iphigen. in Aulide, cujus v. 1142. ita se habet:

αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντος ἔστι σου.

302. Ἄρεως: Non nisi metri caussâ dicitur Ἄρεος, ut πόλεος, ὕβρεος et similia[2].

---

[2] Usurpari, sed raro, apud Atticos formam per εος monet Matth. Gr. Gr. § 80. e. g. occurrit ὕβρεος Aristoph. Plut. 1045. πόλεος Eur. Hec. 860. ὄφεος Suppl. 703. 1329. His

 adde

304. θιγεῖν: Barnes. disertè; Aldus θίγειν: Plura vide ad Aj. 1410. ubi male vulgo θίγων[1].

308. βακχεῖον: Omnes βακχείῳ ποδί. v. 1228. legendum etiam βακχείῳ ποτῷ. Cycl. 445. Sæpius non legitur βάκχιος in hoc metro apud Euripidem, nisi quando ipse Bacchus intelligendus est[2].

320. ὄνομα. Pal. Laur. metro repugnante οὔνομα, quod ne metri quidem caussâ usurpant Tragici. Plura ad Soph. Phil. 251[3]. Corrige meum errorem ad Med. 88.

---

adde Eur. Electr. 410. ubi metrum pro vulg. πόλεως postulat πόλεος sicut edidit Seidl. qui formam πόλιος, Heathio et Reiskio prælatam, apud Tragicos in senariis ignotam arguit. Plura ejusdem vide ibid. vv. 296. 1255.

[1] Ad Aj. l. θιγών Herman. θίγων tamen tacite retinuit Lobeck. sicut et θίγειν in h. l. Bothius. Alii fere omnes cum Nostro pro aoristo habent. Cf. Blomf. Agam. 1008. ubi mutavit ("recte" ut videtur Wellauero) θίγειν in θιγεῖν, quum "aoristus est a Themate obsoleto θίγω." Advocat quoque Monkium ad Hippol. 14. qui et videndus ibid. v. 1073. θιγεῖν dedit Herm. ad Iph. A. 1357. Ad Philoct. v. 9. "προσθιγεῖν. Hanc aoristi formam ex edd. ant. revocavi, cum edd. rec. darent προσθίγειν." Buttmannus. Vide et Dissen. ad Pind. Ol. VI. 35. et Pyth. IV. 296. Vox est Homero ignota, nec, quantum sciam, Prosæ orationis scriptoribus frequentata; proprie significat, *manu tangere*, ut monet Damm. Lex. s. v. quem sensum satis illustrant loca a Buttmanno collata ad Philoctet. 1398.

[2] De hac distinctione nihil Monk. ad Hipp. 307. sciens necne prætermiserit nescio; consulto addidit "in hoc metro" Noster, occurrit enim in chori cantu v. 996. τὰ Βάκχι' ὄργια. Ad Cycl. loc. Βακχίου ποτῷ. Matth. et Both. dederunt. Ad Aristoph. Eccles. 14. βακχίου τε νάματος pro Aldina βακχείου vel ob metrum recipit Brunck. qui de his formis advocat Valckn. in Phœn. commentar. p. 11.

[3] Ad Philoct. l. cum Nostro facit Wunder. contra Schæferum; contra Buttmanni quoque sententiam qui hæc in l.

"Forma

323. ἐρεψόμεσθα. Pro στεφανωσόμεθα. Penthei comas, ἃς οὔτε κιττὸς ἤρεψεν, οὔτε σμίλακος. ἢ ἀμπέλου κλῆμα, memorat Philostratus, qui huc respexisse videtur. Oppianus Cyneget. IV. 260. πρύμναν δ' ὡραίη σέλινος καὶ κισσὸς ἔρεπτον. Atticus scriptor dixisset ἔρεφον[4].

334. καταψεύδου. Sæpius apud Tragicos non legitur καταψεύδεσθαι[5].

336. ἡμῖν τε τιμὴ παντὶ τῷ γένει προσῇ. ἡμῶν Scaliger. ἡμῖν Reiskius usu Euripidæ doctus. Non Euripidi propria est constructio ἡμῖν τῷ γένει, ut putat Reiskius,

---

"Forma οὔνομα est in iis Ionismis quos tragici quoque usurpant. Vide Markl. ad Iph. T. 36." Valckn. etiam Diatr. XVI. p. 166. citat μοῦνος, οὔνομα, γούνατα, δουρίληπτος et similia "quas Ionicas Attica scena vetus admisit." Quocum facit Schneider. de Tragic. Dialect. p. 289. Vide Nostrum ad Œd. Col. 927.

[4] In eodem sensu plerumque accipitur Il. A. 39. χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα. Vide tamen an melius, saltem Homericæ simplicitati convenientius, locum intellexit Damm. sc. ut sit per synecdochen, quod vocant, pro *ædificavi*. Idem recte monet ad ἔρα radicem referendum esse hoc verbum, et propriam ejus significationem esse, *camerare*. Recentior videtur esse usus pro στεφανοῦν, ita tamen apud Pind. bis certe accipitur sc. Ol. XIII. 45. Nem. VI. 73. Contraria verborum ratio notetur apud eundem Pyth. I. 195. στέφανον ὕψιστον δέδεκται i. e. *felicitatis fastigium attigit*; vel, *felicitatem cumulavit summam*. Quod formam ἐρέπτον attinet, ea quoque occurrit apud Pind. Pyth. IV. 427. στεφάνοισί τέ μιν ποίας ἔρεπτον. ubi vide Dissenii annotata. Alia est, sed ab eâdem radice deducenda vox Homerica ἐρέπτω, i. e. *E terrâ vescor*, proprie igitur de animalibus dicitur—de hominibus quoque, iis vero *herbam* edentibus, usurpata est Od. ι. 97. λωτὸν ἐρεπτόμενοι.

[5] Semel et apud Aristoph. Pac. 534. occurrit καταψευδόμενος. De usu hujus verbi vide Stallbaum. ad Platon. Phæd. p. 114. et Schæfer. Annotat. ad Demosth. Orat. de Haloneso p. 81.

sed apud omnes scriptores passim obvia. Pind. Ol. II. 27. σφίσιν κόμισον λοιπῷ γένει. et VIII. 109. ὅ σφιν ὤπασεν Ζεὺς γένει. Vide an legendum apud Eur. Iph. T. 279.

ἔδοξε δ' ἡμῖν εὖ λέγειν τοῖς πλείοσιν[1].

339. κυναγίαις: Aldus κυνηγίαις, quod recte mutasse videtur Matthiæ. Vulgo legitur apud nostrum Hipp. 109. κυναγίας. Contra apud Soph. Aj. 37. nemo vulgatam κυνηγίᾳ sollicitavit. Κυνηγὸς jamdiu tragicis abjudicatum est. Vide Pors. ad Or. 26. qui inter κυνηγέτης et κυναγέτης hæsitare videtur[2], nihil autem de κυνηγία dixit.

341. δεῦρό σου στέψω κάρα Κισσῷ. στέψω, quod pro futuro accipiunt interpretes Latini, subjunctivum esse monui ad Med. 1243. Usitatius esset φέρε σου στέψω κάρα, sed δεῦρο usurpavit Theopompus apud Athenæum p. 470. F. δεῦρο δὴ γεμίσω σ' ἐγώ. Pors. ad Aves. 813. δεῦρο δή, γεμίσω σ' ἐγώ. Nulla ambiguitas est in hoc exemplo, futurum enim est γεμιῶ.

---

[1] "Eur. Bacch. 336. male mutatum." Dobr. Advers. Vol. I. p. 462. in Demosth. c. Meid. ubi τοῖς πολλοῖς ἡμῖν pro ἡμῶν defendit. Aliter autem Buttmanno visum est. Ad Pind. Ol. II. 27. vide quæ Dissenius annotavit.

[2] Quippe quod Attici Ἀθάνα quamquam dicunt, non ideo dicunt Ἀθαναία, sed Ἀθηναία. Doricâ formâ Ἀθάνα in trimetris semper uti Tragicos monet Wund. ad Philoct. 134. De κυναγέτης et similibus breviter dixit Blomf. ad S. c. Theb. 42. Ad Hippol. l. c. κυναγίας dedit Monk. ad Aj. l. κυνηγίᾳ Lobeck. tacitè uterque. κυνηγίᾳ Herman. quoque, quem vide. κυνηγίαις in nostro loco sicut et ad Aj. v. 37. Schneider de Tragicor. Dialect. p. 292. ubi diserte excipit e Doricis formis, quales sunt Ἀθάνα, δαρὸς, κυναγὸς &c. quas Æschylus, diu in Siciliâ commoratus, præ cæteris amat. Hæc denique, inter plura, Lobeck. ad Phryn. p. 428. "Κυναγὸς, in oratione solutâ rarum et insolens, Pollucis Codd. v. 43. offerunt et κυναγὶς edd. Vett. Athen. VII. 12. 21."

343. οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, βακχεύσεις δ' ἰὼν, Μήδ' ἐξομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί; Sensus hujus versus est: μὴ πρόσφερε χεῖρα, ἀλλὰ βάκχευε ἰών. Alterum ejusdem constructionis exemplum exstat infra v. 791. Quotquot apud scenicos poetas repereram, collegi ad Med. 1151 = 1120[3].

Ambigua est Aldina scriptura μήδ' ἐξομόρξῃ. Si ἐξομόρξῃ subjunctivus est, interrogationis signum post ἰὼν ponendum est: sin autem futurum, post ἐμοί. Cf. Hipp. 606. οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, μὴ δ' ἅψῃ πέπλων. Malo ἐξομόρξῃ et ἅψῃ pro futuris accipere, ideoque ἐξομόρξει et ἅψει scribere, quia est ubi altera ratio scriptores Atticos barbare loquentes inducat. Aristoph. Ran. 300. οὐ μὴ καλεῖς, Ὤνθρωφ', ἱκετεύω, μηδὲ κατερεῖς τοὔνομα; Eccl. 1136. οὐκ οὖν ἅπασι δῆτα γενναίως ἐρεῖς, Καὶ μὴ παραλείψεις μηδέν'; In Aldina legitur καλῇς, quod nonnisi solœcum est: κατερῇς vero et παραλείψῃς barbara sunt. Futurum sine controversia habet Eur. Hel. 444. οὐκ ἀπαλλάξει;

346. δίκην μέτειμι. Dedi e meâ ipsius conjecturâ ad Heracl. 852. Ita noster infra v. 516. Æsch. Eum. 230. Δίκην μετιέναι τινὰ dicitur ut δίκην αἰτεῖν τινά. Cujus constructionis unum exemplum dabo, quod legitur apud Eurip. Andr. 1003. πικρῶς δὲ πατρὸς φόνιον αἰτήσει δίκην Ἄνακτα Φοῖβον[4].

---

[3] Consulendi sunt præterea Herman. ad Soph. Electr. 1041. et ad Aj. 557. Dobr. Advers. Vol. II. p. 266. Buttm. ad Philoct. vv. 612. 1273. Stallbaum. Plat. Crit. p. 109.

[4] Nostrum ad Heracl. 852. laudat Scholef. ad Eumen. 230 (=221) sicut et Wellaur. Simpliciter usurpatur ulciscendi notione ad Agam. 1645. ἀλλ' ἐγὼ σ' ἐν ὑστέραισιν ἡμέραις μέτειμ' ἔτι. et ad Choeph. 271. εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους. Sic in bono sensu apud Herod. VII. 178. θυσίῃσί σφεας μετήϊσαν. quem locum adhibet Dissenius ad Pind. Ol. III.

367. ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις. Minime significat *quomodo non*, quâ significatione non πῶς μὴ, nedum ὅπως μὴ, sed πῶς οὐ dicendum esset. Supplendum ὅρα, aut φοβοῦμαι seu δέδοικα[1]. Ita Æsch. Prom. 67. ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτε.

390. πόρσω. Pro πόῤῥω reposui, quod Tragica vox non esse videtur, licet aliquoties apud Tragicos exstet[2].

III. 40. ubi dicitur in eodem sensu ξενίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις.

[1] Cf. Nostrum ad Med. 311. Plena est locutio ad Hippol. 520. δέδοιχ', ὅπως μοι μὴ λίαν φανεῖ σοφή. Ita Monkius pro vulg. φανῇς vel φανῇ, "juxta Atticorum normam, quoniam particulæ ὅπως μὴ plerumque cum futuro indicativi construuntur." Vide etiam Æsch. Choeph. 259. ubi duplicem in eâdem sententiâ constructionem Blomf. vindicat, sc.

σιγᾶθ', ὅπως μὴ πεύσεταί τις, ὦ τέκνα,
γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγείλῃ τάδε
πρὸς τοὺς κρατοῦντας.

"Porsonus ἀπαγγελεῖ citra necessitatem." Eandem temporis diversitatem vel Prosariis scriptoribus licitam arguit Wellauer. ex Isocr. Areopag. c. 12. Ad Philoctet. v. 30. ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρῇ. Wunderus rectè, ut videtur, statuit (e Schæfer. Mel. Crit. p. 115.) ὅρα, μὴ—κυρῇ valere, *Cave ne, vereor ne;* contra ὅρα, μὴ—κυρεῖ *vide num*. Consulendus autem Buttmann. Platon. Dial. IV. ubi exempla in utramque partem attulit in Verborum Indice. Ad hanc constructionis normam correxit (ἂν scil. delendo) Demosth. Olynth. I. 13. δέδοικα μὴ——ἡμεῖς (ἂν) φανῶμεν ἐῤῥᾳθυμηκότες. Dobr. Adversar. Vol. I. p. 349.

[2] "πόῤῥω nescio quomodo abhorrere a tragico sermone videtur Elmsleio, cum et sæpius legatur in hisce scriptoribus, et apud Platonem et alios probatissimos:" ita Bothius in h. l. Apud Platonem certè, nec minus apud Demosthenem πόῤῥω constanter legitur, vix tamen ideo constat eandem Tragicis placuisse formam. Quidni verum esse statuamus, quod Monkius profert ad Alcest. v. 934. "πόρσω fuisse vetustam formam,

πόῤῥω

409. κλιτύς. Vide interpretes ad Hippol. 227. ubi etiam κλιτὺς secundam corripit[3].

417. ὁ δαίμων ὁ Διὸς παῖς. Libenter admisissem πάϊς, si diphthongum solutam apud Atticos reperissem. Apud Soph. Antig. 986. metro repugnat monosyllabon παῖς, neque legi potest πάϊς propter vocalem sequentem. In Bacchis potius γόνος quam πάϊς legam.

455. πλόκαμος τε γάρ σου ταναὸς, οὐ πάλης ὕπο. Porsonus ad Eccl. 115. οὐ πάλης una voce pro ἀγυμνασίας accipiendum censet[4].

πόῤῥω autem esse serioris Atticismi, nec aliter differre ἄρσην et ἄῤῥην, θάρσος et θάῤῥος."

[3] Ad Hippol. l. κλιτὺς, ὅτι, pro ὅθεν, dedit Valck. "ut ὺς in κλιτὺς more usitato producatur." Contra Monkius eandem apud Tragicos corripi censet, "ubicunque ante vocalem occurrit." Exempla profert præter nostrum locum, Trach. 271. Antig. 1144. Idem monet apud Homerum κλιτὺν ultimâ longâ occurrere. Locus est Odyss. ε. 470. εἰ δὲ κεν ἐς κλιτὺν ἀναβὰς. Quam de his vocibus legem in Prosod. Cap. II. posuit Maltb. hæc est: Corripi in ultimis nisi quæ declinentur per ος purum. Non in universum valere hanc regulam docent exempla supra allata, quibus adjicias ἰχθῠν Theocr. 21. 49. ubi consulendus Wuestemann. νηδῠν Eur. Androm. 356. νηδῠς Callimach. Artem. Hymn. 160. Vide et Spitzner. Gr. Pros. § 40. Primam quoque in κλιτὺς corripi monet Maltb. in Epigr. ἀδεσπ. 396. v. 6. De ultimâ tandem hoc e supra dictis colligendum est, bina esse apud Sophoclem, totidem apud Euripidem exempla quæ correptam exhibent, ex his vero semel in senariis, Trachiniarum sc. in loco; de Æschylo nihil statuendum est, nusquam enim, quod sciam, vocem usurpavit.

[4] Per hyphen scilicet, quod aiunt. Hunc locum contulit Monkius ad Hipp 196. οὐκ ἀπόδειξιν. i. e. κάλυψιν. Similiter interpretatur Ille Hec. 12. μὴ σπάνις, sicut et Pors. ad Aristoph. Eccles. l. 115. ἢ μὴ 'μπειρία. Contra Herm. (edit. 1831.) arguit negationem esse cum vi postpositam verbo, ut in Pind. Ol.

457. λευκὴν δὲ χροιάν. Quod ad χροιὰν attinet ea forma apud Euripidem præstaret, etiam si altera metro non repugnaret[1].

478. ἐγὼ 'τασσον. Rariores apud Euripidem hujusmodi elisiones quam apud Sophoclem esse mihi videntur.

484. εὖ γε μᾶλλον. Notandum pro ἄμεινον.

487. σαθρόν. Contraria sunt ὑγιὴς et σαθρὸς, quod nostra lingua significat *unsound*[2].

491. ὡς θρασὺς ὁ Βάκχος. ὁ Βάκχος non est Διόνυσος, sed masculinum a feminino Βάκχη derivatum[3].

499. Ὅτ' ἄν γε καλέσῃς αὐτὸν, ἐν Βάκχαις σταθείς. Quo minus hæc interrogativè accipiantur, obstat particula γε. Sensus horum verborum est *nunquam*[4].

Ol. VII. 86. Hic autem negativa particula, ut videtur, non ad verbum, sed ad participium certè, ni potius ad substantivum ipsum referendum est. locus est; καὶ τοὶ γὰρ αἰθοίσας ἔχοντες σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὔ. Hoc sonat, ni fallor, non, *They went* NOT *up having*, &c. sed saltem, *They went up* NOT *having*, &c. nisi mecum mavis, *They went up having* NOT *a spark of fire*. Monkium laudat Dobr. Advers. Vol. I. p. 405. huc quoque respiciens. Simili fere ratione ad Med. 87. οὐ στέργει conjunctim pro μισεῖ accepit Scholef. Dixit etiam Thucyd. v. 35. ὑπώπτευον δὲ ἀλλήλους——κατὰ τὴν τῶν χωρίων ἀλλήλοις οὐκ ἀπόδοσιν. Ib. c. 49. κατὰ τὴν οὐκ ἐξουσίαν τῆς ἀγωνίσεως.

[1] Cf. Nostrum ad Heracl. 431.

[2] Similiter ad Pind. Nem. VIII. 34. σαθρὸν Dissenius interpretatur οὐχ ὑγιές, collatis Toup. ad Longin. 18. p. 340. Weisk. et Ast. ad Plat. Legg. T. II. p. 254. Apud Platon. Gorgiam. c. 48. πίθοι ὑγιεῖς et ἀγγεῖα σαθρὰ contraria sunt. Hunc sensum τοῦ σαθρὸς optime illustrat Demosth. Olynth. 2. § 24.

[3] Similiter Dobr. Advers. Vol. II. p. 98. proposuit v. 974 = 1018. Βακχεῦ. et 579 (=623) Βακχεύς. "Euripidis ætate Βάκχος non *Bacchum*, sed *bacchantem* significabat." (R.P.)

[4] Cf. Nostrum ad Med. 1334. Contra facit Hermann. Iph. A. vv. 669. 873. 900. (Edit. 1831.) Vide eundem ad Soph. Electr.

516. ἀτὰρ δή. Particulæ longe sæpius conjunctæ leguntur quam ἀτάρ τοι[5].

526. Διθύραμβος. A δίθυρος derivare videtur Euripides, quem malum grammaticum fuisse paullo ante monui ad v. 508. Vel fortasse primam syllabam a Jovis nomine ut Διπόλια et Διωτήριον. Sic enim Jovis Servatoris ædes dicta est. Quid sit θύραμβος, cui similia sunt ἴαμβος et θρίαμβος, mihi non liquet.

527. ἄρσενα νῆδυν. Femininum ἄρσην præter alios habet etiam Soph. Trach. 1198. ἄρσεν' ἐλαίαν. Longe usitatius masculinum θῆλυς[6].

564. ἀγρῶτας sive ἀγρώτας. Neutram formam alibi reperi. Apud Euripidem exstant ἀγρότης et ἀγρώστης[7].

572. Λυδίαν τε. In Λυδίανδε mutavit Barnesius, ut

Electr. 602. Ad Philoct. 441. ποίον τε τούτου; Buttm. pro ποίον γε τούτου; quod prætulisset "si de particulâ γε in tali interrogatione aliunde constaret."

[5] Particulas ἀτὰρ τί; interrogativè sumptas solœcismum esse monet Noster ad Heracl. 661.

[6] Quod Soph. ἄρσενα ἐλαίαν dixit, idem ἄρσεν ἔλαιον dicit Callimachus Hymn. ad Lavacr. Pall. v. 29. Contra advocandum est Platon. Sympos. cap. xv. ubi ἄῤῥεν marem significat. Apud Aristoph. Thesmoph. 125. ἄρσενι βοᾷ legitur. In aliam partem notetur θῆλον σποράν Hecub. 647. Singularis admodum est locutio Agam. 1204. ubi de Clytemnæstra dicitur θῆλυς ἄρσενος φονεύς. In Herc. Fur. 45. τροφὸν genere masculino adhibetur, cùm in re simili apud Philoctet. 342. τροφεὺς dicitur. Plura vide apud Nostrum ad Heracl. 245. Ad Theocr. Idyl. xviii. 24. ubi legitur θῆλυς νεολαῖα, Wuestemann. similia contulit θῆλυς ἐέρση apud Hesiod. Scut. 295. θῆλυν ὄϊν Apoll. Rh. iii. 1999. et ad Idyl. xx. 9. ἁδέα χαίταν Homericum notavit ἡδὺς ἀϋτμή. Odyss. xii. 369.

[7] Censor hujus editionis (Mus. Crit. ii. 664.) monet ἀγρώτης occurrere apud Theocr. Idyl. xxv. 51. ibi vero Brunck. et Gaisford. restituerunt ἀρότρευς, quod et Wuestemann. recepit.

sensus esset εἰς τὴν Λυδίαν. Quæ scriptura si aliorum vitiorum immunis esset, hoc nomine improbanda esset, quod adverbia, qualia sunt οἴκαδε, Μεγάραδε, Πυθῶδε à nominibus regionum non derivarunt Attici, quorum nemo dixit Ἀττικήνδε, aut Ἀσίανδε.

585. πέδον χθονὸς. Edd. πέδων. Sæpissimè apud Tragicos πέδον χθονὸς et similia, perraro aut nunquam πέδα χθονός[1].

596. πῦρ οὐ λεύσσεις, οὐδ' αὐγάζει. Usitatior est activa forma αὐγάζω, quâ utuntur Soph. Phil. 217. Euripides Hec. 637. Hel. 1333. Rhesi Scriptor v. 793[2].

600. δίκετε πεδόσε. Verbum ἔδικον (solus enim aoristus reperitur) Homero ignotum, ni fallor, apud Atticos poetas haud raro legitur. Inter δικεῖν et βαλεῖν hoc interest, quod δικεῖν nunquam *ferire* significare videtur. Rectius igitur interpretantur ῥίψαι quam βαλεῖν[3].

---

[1] "πέδων abhorrere videtur a consuetudine Græci sermonis." Bothius in l. "πέδων in Bacchabus 588 (=585). editum est, contra Græci sermonis indolem." Lobeck. ad Aj. 459.

[2] Quater igitur in Euripide, semel tantum in Sophocle occurrit vox αὐγάζω, apud Æschylum nusquam reperitur; unicum est in Homero exemplum, idque in voce mediâ, ἵππους αὐγάζομαι. Il. Ψ. 458. Sic et Apoll. Rh. Argon. I. 155. ῥηϊδίως καὶ νέρθεν ὑπὸ χθονὸς αὐγάζεσθαι Lynceus dicitur.

[3] "Aor. 2. *fere* solus est in usu," inquit Dammius (c. 482.) vix satis accuratè. ἔδικον cum suis etsi apud Homerum nusquam exstat, δίω tamen, e quâ radice profluit, frequentius usurpatur. δικεῖν monet Maltb. Thes. Pros. s. v. apud Sophoclem et Aristophanem nunquam occurrere, apud Æschylum semel tantum, (Choeph. 97.) apud Euripidem verò novies adhiberi. Imo decies potius dixisset Ille, quinquies enim exstat apud Eur. Phœn. ter in eodem Choro vv. 641. 665. 668. ibid. etiam, vv. 1417. 1490. Bis in Orest. vv. 983. 1454. Bis quoque in nostrâ fabulâ continuis versibus, semel etiam Herc. Fur. 462. Compositum ἀπέδικες habes Agam. 1383. sicut et ἀπόδικε Eur. Herc. Fur. 1097. Semel

605. ἔοικε. Apud Atticos nunquam significat *decet*[4].

612. τίς μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις; Attendant Tirones constructionem, quam non penitus perspectam habuisse videntur interpretes. Optimè Græcè diceretur: τίς μοι φύλαξ ἂν εἴη, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις; id est: *Quis mihi dux esset, si tibi aliquid mali accideret?* Ita fere Portus. Optimè etiam: τίς μοι φύλαξ ἂν ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς ἔτυχες; *Quis mihi dux fuisset, si tibi aliquid mali accidisset?* Tertia ratio est, de quâ plura dicturus sum ad v. 1341. τίς μοι φύλαξ ἂν εἴη, εἰ σὺ συμφορᾶς ἔτυχες; *Quis mihi dux esset, si tibi aliquid mali accidisset?* Quæ Barnesii interpretatio est. Ab his omnibus paullo diversum est: τίς μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις; Quæ verba ita Latine reddenda sunt: *Quis mihi dux futurus erat, si tibi aliquid mali accidisset?* ἦν enim pro ἔμελλεν ἔσεσθαι accipiendum est.

Semel apud Pindarum vox occurrit Oly. x. 86. alterum etenim exemplum Pyth. IX. 218. compositum est ἐπέδικον disjunctim usurpatum. Sic et apud Hesiodum memoratur ἄνδικον pro ἀνάδικον usurpatum, unde et in Callim. fragm. ἀνδίκτην *pedicæ genus* significat. Denique etsi verum sit quod Noster supra statuit propius δικεῖν τοῦ ῥίψαι quam τοῦ βαλεῖν notioni accedere, notandum tamen est quod hæ voces invicem de eâdem re singulæ in singulis locis adhibeantur. Quod etenim Æsch. in Choeph. 97. dixit δικοῦσα τεῦχος ἀστρόφοισιν ὄμμασιν. idem apud Euripidem sonat ἔβαλεν ὑπὲρ κεφαλάν. Androm. 294. cum apud Theocr. 24. 91. legitur

κόνιν πυρὸς αμφιπόλων τις
ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέροισα.

[4] Breviter, et, credo, vere, a Buttmanno apud Platon. Menon. p. 11. distinguuntur voces φαίνεται, ἔοικε, δοκεῖ, in Platonico saltem sermone; illâ nempe collocutorem uti si quæstio alterius "aperte vera est," his "si vera ipsi videtur." ἔοικεν etiam indicat quod "consentaneum est," δοκεῖ quod verum "videtur."

Conferendus omnino Noster Herc. 462. In superiori membro dixit ἔμελλες οἰκήσειν, in altero ἦσθα pro ἔμελλες ἔσεσθαι. Quo sensu ἦν recte post se habet εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις. Ita enim Iph. A. 1405. Ἀγαμέμνονος παῖ, μακάριόν με τις θεῶν, Ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων. Si de periculo adhuc pendente sermo esset, chori verba ita se habere deberent: τίς μοι φύλαξ ἐστὶ, ἐὰν σὺ συμφορᾶς τύχῃς[1];

646. στῆσον πόδ᾽. ὀργῇ δ᾽ ὑπόθες ἥσυχον πόδα. Vocabulum πόδα tantulo intervallo repetitum a tragicorum consuetudine minime alienum est. Cf. nostr. v. 757. et Ion. 1[2].

661. εὐαγεῖς. Ubicunque εὐαγὴς significat λαμπρὸς, φανερὸς aut aliquid ejusmodi, Hemsterhusius legendum contendit εὐαυγὴς, ut διαυγὴς, τηλαυγὴς et similia. Non ego video quo jure sollicitetur constans tot locorum scriptura, εὐαγὴς pro λαμπρὸς positum, præsertim quum nusquam, quod sciam, exstet εὐαυγής. Legitur etiam εὐάγητον apud Aristoph. Nub. 276. et rectè λαμπρὸν explicatur. Revocavi igitur εὐαγεῖς. Ab ἀγὴς fit εὐαγὴς, ut a δόκιμος fit εὐδόκιμος[3].

675. τῇ δίκῃ προσθήσομεν. Pro κολάσαι. Quis præter Euripidem dixerit, mihi non liquet[4].

---

[1] Hoc modo ἦν pro ἔμελλεν usurpatur apud Thucyd. v. 46. ἔπεισέ τε (Nicias scilicet) πέμψαι πρέσβεις, ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, κελεύσοντας. κ.τ.λ.

[2] ἔχον similiter repetitum vindicat Wellauer. ad Æsch. Choeph. 236. plures ubi congessit auctores.

[3] "Plane ei (Elmsleio sc.) assentior, non sollicitandam esse constantem multorum locorum scripturam, ubi εὐαγὴς pro λαμπρὸς positum est." Wellauerus ad Pers. v. 458. ubi tamen Blomf. εὐαυγῆ pro meliore lectione accipit. Scholef. contra nobiscum facit.

[4] Cf. locutionem vix magis usitatam δίκην μέτειμι τινὰ, quam tetigit Noster ad v. 346.

677. μόσχων pro βοῶν. Sic etiam vv. 735. 1331. et alibi passim. Eodem modo πώλους pro ἵππους Tragici[5].

686. ᾠνωμένας. Præter hoc οἰνωμένας, exstant in hac fabula οἴστρησα v. 32. ἐξοινωμένας v. 812. οἰμωγμένον v. 1284. Apud Soph. Trach. 268. omnes libri οἰνωμένος. Apud Æsch. Pers. 769. plerique οἰακοστρόφουν; nonnulli οἰνωμένον Suppl. 414. Sed membranæ Laurentianæ ωνωμένων (sic), unde Aldus ὠνωμένων, Porsonus ᾠνωμένον; Quum οἰδάνω sive οἰδῶ (unde ἐξῳδηκότα Noster Cycl. 226.) οἰκτείρω, οἰκῶ, οἰμώζω, οἴομαι, οἴχομαι præterita habeant ᾤδανον sive ᾤδουν, ᾤκτειρον, ᾤκουν, ᾤμωζον, ᾠόμην, ᾠχόμην, idque non solum apud veteres Atticos, verum etiam apud Plutarchum, Lucianum, ceterosque recentiores, pauca quæ his contraria apud Tragicos leguntur, librariis potius quam ipsis poetis tribuenda videntur. Librariis sine controversia debetur οἰμωγμένον v. 1284. Licet enim ratio reddi posset, quare οἰμώζω potius quam cætera verba

---

[5] πῶλος "apud Græcos modo de juvene, modo de puellâ dici," exemplis satis probat Monkius ad Hippol. 548. quem vide. Exemplis a Monkio allatis addas Hec. 144. πῶλον de Polyxenâ, sicut et ad Iph. A. 1630. μόσχον. Androm. 1170. τὸν Ἀχίλλειον σκύμνον. Exstat quoque memorabile exemplum apud Hec. 204. ubi de se ita loquitur Polyxena. σκύμνον γάρ μ' ὥστ' οὐρειθρέπταν, Μόσχον, δειλαία, δειλαίαν Εἰσόψει. κ.τ.λ. Quod ad μόσχος attinet, neque apud Æschylum, neque, si sciam, apud Sophoclem occurrit. Semel tantum, quod mirere, idque adjectivè ab Homero usurpatur. Λ. 105. μόσχοις λύγοις unde, ut in cæteris fere verbis, vera vocis ratio et radix apparet. Ab ἔχω scilicet sive ἔσχω fit ὄσχος et μ prefixo μόσχος. Proprie igitur *surculus* est, deinde in genere *tener* significat; sicut apud Horatium dicitur *tener hœdus*, *tener vitulus*. Idem docet unicum, quod apud Aristophanem occurrit exemplum νέα μοσχίδια συκίδων. Acharn. v. 996.

ab οι incipientia diphthongum in præterito non mutaret, satis constanter ᾤμωζε scriptum apud Atticos videmus[1].

700. μαστὸς. Apud Sophoclem non legitur nisi μαστὸς, quæ forma plus minus tricies apud Euripidem exstat. Vulgo quidem legitur Hec. 144. μαζῶν. Sed multi MSS. μαστῶν, quod a Brunckio admissum non repudiavit Matthiæ. In Bacchis non nisi Brunckii conjectura nititur μαστὸς, ideoque, ut videtur, vulgatam revocavit Matthiæ. Grammatici præceptum est: μαστὸς ἐπὶ γυναικὸς, μαζὸς δὲ ἐπὶ ἀνδρός. Quod discrimen Homero, tragicisque ignotum fuisse videtur. Nam neque apud illum legitur μαστὸς, neque apud hos μαζὸς, nisi bis terve ex errore librariorum. μασθὸς apud Æschylum nihili vox est[2].

---

[1] Ad. v. 32. οἴστρησα mavult Herm. eo quod credit augmentum in his verbis usurpasse Græcos si usitatiores essent, sin minus, omisisse. "ᾤστρησ' pro οἴστρησ' lege in Eurip. Bacch. 32." Pors. Aristophanica, ad Avium. 1290. Ad Pers. 753. 769. οἰακοστρόφουν, et ad Suppl. 404. 414. οἰνωμένον diserte Well. utrumque per ῳ scripsit Scholef. Cf. Matth. Gr. Gr. § 168. Manifesta est ratio, cur diphthongum aliquis credat οἰμώζω præ aliis retinere, cum ea ipsa verbi radicem indicet, de quâ re vide infra ad v. 1033.

[2] Ad Hec. 144. μαστῶν pro sanâ lectione accipiunt Herm. et Pflugk. Notandum est quod tria in unâ Æschyli fabulâ, nec alibi usquam, exempla occurrunt, quæ vulgo singulas in singulis locis formas exhibent. Scilicet Choeph. v. 524. μαζὸν Ib. 538. μασθὸν. Ib. 884. μαστὸν. ita edidit Well. Porsonus in duobus prioribus μασθὸν, in tertiâ sede μαστὸν. Contra Scholef. μαζὸν in primo loco, in aliis μαστὸν. Blomf. μαστὸν constanter in omnibus. Apud Pindarum Pyth. IV. 12. metaphorice pro colle usurpatur, ἐν ἀργάεντι μαστῷ. In sensu rariori habes Epigramm. apud Jacobs. Anthol. cap. IX. 51. ubi vide notas: verba hæc sunt

καὶ γλυκερῆς τρίστοιχος ἐπεμβαδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
μαστὸς ἀναθλίβει χεύματα Ναϊάδος.

711. τὸν θεὸν, τὸν νῦν ψέγεις. Hodie inter omnes constat, rectè dici τὸν pro ὃν apud Tragicos[3].

720. χάριν τ' ἄνακτι θῶμεν; Si sanum est θῶμεν, saltem paullo insolentius sermonis genus est χάριν τινὶ θεῖναι. Sed scribendum puto aut θώμεθ' aut δῶμεν. Noster Hec. 1211. χάριν θέσθαι. El. 61. χάριτα τιθεμένη. Idem Hel. 927. δώσεις χάριν. Ib. 946. δὸς. Ib. 1006. δοίην ἄν. Ib. 1465. δόντες. Quater in unâ fabulâ ab Euripide dictum vides χάριν δοῦναι. Adde Hec. 899. Or. 104. Phœn. 435. 449. 1745. Alc. 61. Herc. 779. El. 1138. 1145. τοσήνδ' ἐγὼ Δώσω χάριν σοι, σύ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός. Hinc potius legam δῶμεν quam θώμεθ'[4].

---

[3] "Sæpe Tragici articulo utuntur loco relativi." Seidl. Eur. Elec. 277. "Articulus præpositivus non in Homero tantum, sed in trium Tragicorum reliquiis vice relativi positus haud raro invenitur." Monk. contra Valck. ad Hippol. v. 257. In Choricis præcipue fieri monet Ille, sed etiam e senariis exempla haud pauca profert. Ex iis cf. Agam. 509. Sept. c. Theb. 37. ubi et Blomf. "locorum copiam" congessit. "τῶν pro ὧν, τὰ pro ἃ, et similia sæpissime usurpantur." Well. ad Suppl. 514. "τόν pro τοῦτον a Tragicis dici, id quidem non ignoro." Idem Eumen. 461. τῷ pro ᾧ notat Buttm. ad Philoct. 14. "Tragicis enim metri causâ in hoc etiam Ionicum morem sequi licebat." Huc pertinet quod dixit Noster ad Aj. 1403. (Mus. Crit. I. p. 488.) τοὶ scilicet neque pro οἱ neque pro οἳ scripsisse Atticos, nisi ubi Doricas usurpant formas, quia relativi loco præpositivi casus tantum adhibent qui per τ incipiunt, τὸν v. c. pro ὃν: quod idem statuit de Ionicis Middletonus de Articuli usu cap. II. p. 19. ed. Scholef. Vide Hermannum ad Aj. l. = 1383. ubi hunc usum articuli extra Choricas partes Tragædiarum vindicat, sicut ap. Pers. 424. in trimetro; sed "hoc in genere insignem prærogativam habent anapæsti."

[4] Hæc ita distinxit Censor hujus editionis apud Mus. Crit., significare scilicet χάριν διδόναι, *to grant a favour;* χάριν θέσθαι, *to do a kindness, to oblige.* Imo potius, *to lay under an obligation.* Alia est locutio ἐν χάριτι ποιεῖν, ἐν χάριτι διδόναι,

 quod

722. κρύψαντες αὐτούς. Pænitet me conjecturæ κρύψαντες αὐτὰς propositæ ad Heracl. 144. ubi minus accurate dixi "Persuasum enim habeo, Sophoclem et Euripidem nunquam αὑτὸν et similia de primâ aut secundâ personâ usurpasse[1]." Aliud est αὑτὸν sive ἑαυτὸν pro ἐμαυτὸν vel σεαυτὸν, aliud αὑτοὺς sive ἑαυτοὺς pro ἡμᾶς αὐτοὺς, sive ὑμᾶς αὐτούς. Exempla utriusque generis dedit Matth. Gr. Gr. § 489. p. 709. qui ἐμαυτόν τε pro ἑαυτόν τε in Platonis Phædone, σαυτὸν pro αὑτὸν in ejus Protagora fortasse reponere debebat.

722. τὴν τεταγμένην Ὥραν ἐκίνουν θύρσον εἰς βακχεύματα. Piers. Verisim. p. 127. τῇ τεταγμένῃ Ὥρᾳ γ' scribendum statuit. Cui respondet Reiskius: "In τὴν τεταγμένην subintelligitur κατὰ, triviali usu, ut mireris Piersonum potuisse p. 127. ad hunc lapidem offendere." Æsch. Eum. 108. δεῖπνα—ἔθυον ὥραν. Herodot. II. 2. τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφίσιν αἶγας. Hoc exemplo utitur Matth. Gr. Gr. § 423. p. 608. Plura dedit Musgr. ad Hippol. 1131[2].

---

quod nos dicimus, *to favour.* Cf. Plat. Phæd. cap. LXIV. ἐν χάριτι ποιεῖν bis repetitum, ubi advocat Stallbaum. Xen. Œcon. VIII. 10. ὅτῳ ἂν δέῃ—ἐν χάριτι διδόναι: et Theocr. v. 69.

——τὺ δ', ὦ 'γαθέ, μήτ' ἐμέ, Μόρσων,
ἐν χάριτι κρίνῃς, μήτ' ὦν τύ γα τοῦτον ὀνάσῃς.

quod rectè explicat Wuestemann *ne meæ gratiæ quidquam des;* monet ibid. ὀνῆσαι propriè dictum esse de judice, qui alteri parti favet.

[1] Quam hic revocavit sententiam Elmsleius, dubitanter tractat Blomf. ad Agam. 809. pro verâ recepit ad Choeph. 105. aliter forsan hodie facturus. Utrobique regulam respuit Wellauer. ductus potissimum ab Hermanni argumentis ad Soph. Trach. 451. Quum vero ipse suum renunciavit Noster, medicina fit mortuo.

[2] Hæc Baccharum et Eumen. germana loca contulit Dobr. Adversar. Vol. I. p. 361. ad Philipp. I. ubi ὥραν similiter usurpatur.

729. ἔνθ' ἐκρύπτομεν δέμας. Barnes. ἐκρυπτόμην. Si propter singularem δέμας Barnesio displicuit plurale ἐκρύπτομεν, scire debebat, nihil in his litteris eâ constructione usitatius esse[3]. Exempla vide ad Med. 1108. =1077. ubi recte Brunck. σῶμά τ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων. In primis observatu dignum est, quod præbet noster Cycl. 223. ὁρῶ γέ τοι τούσδ' ἄρνας ἐξ ἄντρων ἐμῶν Στρεπταῖς λύγοισι σῶμα συμπεπλεγμένους.

736. πόριν: πόρτις apud Æschyl. et Soph. legitur, πόρις apud Eurip. qui dixit Suppl. 628. Ἰὼ Ζεῦ, τᾶς παλαιομάτορος Παιδογόνε πόριος Ἰνάχου[4].

756. ἐπὶ δὲ βοστρύχοις Πῦρ ἔφερον, οὐδ' ἔκαιεν. Aldus οὐδ' ἐκαιέθ'. Solus Matthiæ οὐδ' ἐκάεθ'. Cui verbo nominativum τὰ βόστρυχα suppeditat Barnesius. Apud Nonnum quidem reperi βόστρυχα, apud Tragicos autem non nisi βόστρυχοι et βοστρύχους. Reposui igitur οὐδ' ἔκαιεν, nempe τὸ πῦρ. ἔκαιεν an ἔκαεν rectius scribatur, ad Sophoclem aliquando quam potero accuratissime disputabo. Interea iis accedo, qui αἰετὸς, καίειν et κλαίειν apud tragicos servanda existimant[5].

---

usurpatur. Advocat quoque Nostrum Pflugk. ad Eur. Hel. 479. καιρὸν γὰρ οὐδέν' ἦλθες. quod rectè pro οὐδαμῶς εἰς καιρὸν dictum accipit.

[3] Usitata nimirum hæc est constructio, nec ideo forsan in hoc loco provocanda, τὸ δέμας enim monoptoton est.

[4] Bis tantum ab Æschylo πόρτις usurpatur, idque in eâdem fabulâ, de eâdem re, sc. Suppl. v. 41. Δῖον πόρτιν. Ibid. 307. ὁ Δῖος πόρτις. Mire igitur consentit ille cum Euripide in Suppl. loco quem citavit Noster. Apud Homerum, quod notandum est, semel occurrit utraque vox. Od. κ. 410. ἄγραυλοι πόριες. Il. E. 162. πόρτιος. Semel quoque tertia forma πόρτακι. P. 4. In Aristophane, quod sciam, non legitur.

[5] Cf. omnino Piers. ad Mœr. § 231. p. 170. quem respexit Monkius ad Hippol. 1089. ubi dixit. “Pro vulgato κλαίων

 scripsi

783. ὡς ἐπιστρατεύσομεν. Hoc ὡς significat ἐπεὶ non ἵνα, quo sensu ἐπιστρατεύσωμεν dixisset Euripides. Cf. Andr. 718. Œd. Col. 1725.

784. οὐ γὰρ ἀλλά. Noster Suppl. 570. Iph. T. 1005. Nec sæpius apud Euripidem. Aristophanes Nub. 232. οὐ γὰρ ἀλλ'. κ τ.λ[1].

794. πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ. Sequentia collegit Wetstenius. (ad Act. Apost. ix. 5. xxvi. 14.) Pind. Pyth. II. 174. Æsch. Prom. 322. Ag. 1633. Eurip. Peliadum fragm. IV. Noster Iph. T. 1396. non πρὸς κέντρα sed πρὸς κῦμα λακτίζοντες dixit.

797. φευξεῖσθε. Φευξοῦμαι pro φεύξομαι Dorice et Attice. BARNESIUS. Quod monere potuisset ad v. 658. ἡμεῖς δέ σοι μενοῦμεν, οὐ φευξούμεθα. Hujus futuri præter necessitatem usurpati alterum exemplum præbet noster Med. 604. ἐγὼ δ' ἔρημος τήνδε φευξοῦμαι χθόνα. Utrumque mihi suspectum est, eoque magis, quod in Aldina legitur Or. 1593. οὐ φευξούμεθα, πυρὶ δ' ἀνάψομεν δόμους.

---

scripsi κλάων ut semper Attici." Ad Plat. Gorg. Cap. 32. Stallbaum. vulgatam καίειν "in Atticam formam mutavit." Contra Blomf. ad Æsch. Agam. 17. "κλαίω stare passus sum; hodie enim puto κλάω, κάω et similia, ad Atticismum, ævo Æschyleo seriorem, pertinere." Vide et eundem ibid. v. 1065. "Falli puto," inquit Hermannus in Præfat. ad Ajac. "qui, quod κάειν, κλάειν, ἀετός Attica esse accepimus, continuo Tragicis hæc obtrudenda esse existimant." His addit Schneid. in tractatu de Tragicorum dialecto, "κλαίειν Tragicis, κλάειν Comicis et Atheniensium sermoni usitatius fuisse."

[1] Quid valent hæ particulæ dixit Zeun. apud Hoogev. p. 462. Alterum occurrit apud Aristoph. exemplum Ran. 58. οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς ubi pauca Brunckius. Paullo aliter dispositas habes Plut. 425. ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας. Cf. et Stallbaum. Plat. Apol. Socr. Cap. IV. ubi illustravit voces ἀλλὰ γὰρ οὔτε in initio, et sub finem ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι. sicut et Protag. p. 98. ἀλλ' οὐ γὰρ δύναμαι.

Nonnulli libri φευξούμεσθα Hipp. 1093. Sed recte Aldus φευξόμεσθα[2].

799. ἀπόρῳ. *Difficili.* Herodot. IX. 46. ἄμαχοί τε καὶ ἄποροι. Nostri, *Troublesome*[3].

801. ὦ τᾶν. Alii ὦ τὰν, alii ὦ 'τὰν scribunt. Aldus ὦ τὰν Cycl. 534. Heracl. 322. ὦ τᾶν Heracl. 688. et apud Soph. Philoct. 1387. Apud Tragicos sæpius non legitur[4].

---

[2] Ad Hippol. l.=1096. Monkius hæc; "φεύξομαι et φευξοῦμαι Tragicis perinde erant in usu. In Orest. 1610. Heracl. 507. φευξόμεσθα. in Bacch. 659. Hel. 508. φευξούμεθα metrum postulat. φευξούμεσθα quod exstat in duobus Codicibus A. Fl. magis Atticum est: et si quis hanc formam in contextu rescribere malit, id nobis non invitis faciet." Vide et Matth. Gr. Gr. § 180. Metro necessarium est φευξούμεθα Med. 335. Ad Plut. 496. habes φευξεῖται ad Ran. 1221. πνευσεῖται ubi vide Brunck.

[3] Aliquanto melius Dobr. Advers. Vol. I. p. 64. ad Thuc. IV. 32. οἱ ἀπορώτατοι vertit *Awkward to deal with;* alia contulit ex Herodoto exempla IV. 83. 134. VI. 44. Idem sensus optime adhibeatur ad Apol. Socrat. Cap. II. p. 20. Stallb. ubi οἱ ἀπορώτατοι sunt *qui minime oppugnari et convinci possunt.*

[4] Quater igitur apud Eurip. occurrit, apud Sophocl. semel, apud Æschyl. ne semel quidem, in Aristophane, quod exspectes, satis frequentatur. Piers. ad Mœr. § 423. conjecit altero in loco hanc formam Sophocli restituendam esse sc. Œd. Col. v. 1230 (= 1169. Elmsl.) ut, vulgo quod legitur, vitetur anapæstus in secundâ sede ὦ φίλτατ' ἔπισχες: ibi vero Noster dedit σχές. De scripturâ auctores dabunt Piers. in l. c. Pflugk. ad Heracleid. 322. Donneg. Lex. s. v. Videndus et Censor apud Mus. Crit. Alia quæstio est de constructione quam admittit hæc locutio. Cuivis numero adjungi posse, sunt qui statuunt, quod verum esse ego quidem non negem, certe tamen in l. apud Demosth. Olynth. ubi pluraliter accipi plerique volunt, vix aliud esse credo, nisi familiarem oratoris compellationem, quæ ad universos etsi referatur, adversarium tamen quendam præ aliis spectat. Sic quoque ad Aristophan. Plut.

804. δόλιον εἴς με μηχανᾷ. Qui apud Eurip. ἐς ἐμὲ reponunt, nesciunt ἐς apud Tragicos nunquam in iambico metro mediam trisyllabi pedis syllabam esse. Vide ad Iph. T. 65. 334. Musei. Crit. Cant. T. II. p. 275. 285. Male rem gessit Matthiæ ad Tro. 991. =986.

818. τοῦ χρόνου δέ σ' οὐ φθονῶ. Vetus est quæstio de elisione diphthongorum apud Tragicos, de quâ disputantem vide Erfurtium ad Soph. Aj. 191. Si cui minus Græcum videtur τοῦ χρόνου δέ σε οὐ φθονῶ, is nullo negotio γ' pro σ' reponere potest. Non enim supervacaneum γε, sed emphasin addendo sensum juvat. Vide v. 988. et alibi passim[1].

819. στεῖλαί νυν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους. Æsch. Theb. 1047. βυσσίνου πεπλώματος. Pers. 124. βυσσίνοις ἐν πέπλοις. Multa de bysso congessit Brodæus. Si idem

---

Plut. 66. ubi, ut aliqui volunt, cum duali construitur, nescio an melius intelligendum sit, quasi ὦ 'τὰν ad Chremylum solum, ἀπαλλάχθητον vero ad utrosque Chremylum et Carionem pertineret. Pari fere ratione apud Soph. Œd. Col. 1205. Œdipus dicit: τέκνον, βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτέ με λέγοντες. κ.τ.λ. ubi τέκνον ad Antigonen spectat, quippe quæ in scenam magis prodibat, λέγοντες vero et νικᾶτε ad utrasque, Antigonen et Ismenen, referenda sunt. Vide tamen Ruhnken. ad Timæi Lex. s. v. ubi laudatur Hemsterhusii ad Plat. Gorgiam (C. I.) conjectura, quâ ὅταν in ὦ τᾶν mutare voluit; verba sunt, οὐκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε. Hic vero Stallbaum. rectius, ut videtur, scribit ὅτε βουλήσεσθε quod ὦ 'τάν in hoc loco amica esset, et non, ut semper apud Platonem, irrisione quâdam conjuncta compellatio.

[1] "Falsum est, μοι elidi posse ante vocalem brevem. Ego μ' accusativum esse puto." Herm. ad Aj. l. ubi plura vide. Contra ad Philoctet. 782. Buttmannus. "Certè suum de loco Ajacis judicium Hermannus mihi non probavit." Hujus et Lobeckii, quem sequitur, sententiam allegavi supra ad Med. 56. ubi de hâc quæstione plura disseruit Noster.

significat βύσσινος[2] apud Tragicos, quod apud Pollucem et recentiores, usus ejus in vestibus mulierum nobis etiam magis familiaris est quam Euripidi. Sed mutata videtur vocis significatio, neque cuiquam auctor sim, ut hunc versum Anglice reddat: *Put on a muslin dress.*

824. πῶς οὖν γένοιτ' ἂν, ἃ σύ με νουθετεῖς, καλῶς; Parum dubito, quin hoc σὺ a librariis profectum sit, licet minus aperte vitiosum sit, quam περ, quod simili modo inter ἅ et με insertum habet Aldus Iph. A. 721. ubi nunc recte legitur: θύσας γε θύμαθ', ἅμ' ἐχρῆν θῦσαι θεοῖς[3]. Mirum est, quot et quantos errores apud Atticos poetas pepererit levissimum mendum ἅ με scilicet pro ἁμὲ scriptum. Plura exempla vide ad Soph. Ant. 734. πόλις γὰρ ἡμῖν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ.

833. δέρας et δέρος reperiuntur apud Tragicos, neque liquet utra melior sit scriptura. Vide ad Med. 5.

840. πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ 'γγελᾶν Βάκχας ἐμοί. Aldus μὴ γελᾶν Βάκχας, ἐμοὶ. Distinctionem post Βάκχας sustulit Musgravius. Exempla attulit ἐγέλασεν εὐχαῖς apud Eurip. Iph. T. 276. κακοῖς γελῶν apud Soph. Aj. 1042. Sic etiam Aristoph. Eq. 693. ἐγέλασα ψολοκομπίαις. Ubi nostro loco utitur Brunck. Sed nemo, quod sciam, dixit ἐγέλασε Σωκράτει[4]. Dativum rei, sed non

---

[2] Cf. Theocr. Id. II. 73.—βύσσοιο καλὸν σύροισα χιτῶνα
κἀμφιστειλαμένα τὰν ξυστίδα τᾶς Κλεαρίστας.

[3] "Hic, si usquam, ambiguitate illâ utendum erat, quâ Iphigeniæ significaretur sacrificium. Quare scripsi,

θύσας γε θῦμ' ὅπερ με χρὴ θῦσαι θεοῖς. Numeri versus rotundiores essent hoc ordine verborum—θύσας γ' ὅπερ με θῦμα χρὴ θῦσαι θεοῖς. Sed nihil opus transpositione." Ita Herm. in l. (edit 1831.). ἁ 'μ' vel ἁ 'μὲ χρή proposuit Pors. Advers. p. 252. ἃ 'μὲ χρὴ recepit Dobr. Advers. Vol. II. p. 84.

[4] Præpositio ideo adhibita est Æsch. Eumen. 530. γελᾷ δὲ δαίμων ἐπ' ἀνδρὶ θερμῷ. Apud Soph. Philoct. 1125. legitur

γελᾷ

personæ, regere videtur γελᾶν. Recte igitur Piers. Verisim. p. 129. ὥστε μὴ 'γγελᾶν Βάκχας ἐμοί

850. οὐ μὴ θελήσῃ. Subjunctivum revocavi, plura de hac quæstione dicturus ad Soph. Œd. Col. 176. Quod addit Brunck., non male scribi posse οὐκ ἂν θελήσοι, hodie non opus est ut moneam falsum esse. Melior est conjectura Pors. ad Hec. 403. οὐκ ἠθέλησε, sed minime necessaria.

874. σκιαρόκομος. Sæpius non legitur.

886. κρυπτεύω. Idem quod κρύπτω BARNESIUS. Imo longe diversum, ut uno exemplo ostendit Noster Hel. 548. ἔα, τίς οὗτος; οὔτι που κρυπτεύομαι Πρωτέως ἀσέπτου παιδὸς ἐκ βουλευμάτων. Quæ verba ita recte interpretatur Portus: *Numquid occultis insidiis captor ex consiliis impii filii Protei?*

887. δαρὸν adjectivum esse[1] vidit Barnes. Noster Herc. F. 702. χρόνος γὰρ ἤδη δαρὸς, ἐξ ὅτου πέπλοις Κοσμεῖσθε σῶμα καὶ νεκρῶν ἀγάλμασιν.

Ibid. δαρὸν χρόνου πόδα pro μακρὸν χρόνον, ut recte statuit Musgr. Confert idem Aristoph. Ran. 100. ubi inter Tragicorum παρακινδυνεύματα recensentur, αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἢ χρόνου πόδα.

919. κέρατος, φρέατος et στέατος apud Atticos mediam producunt. Cf. Maltb. Obss. c. xxiv[2].

937. ἦπου. Sæpe a grammaticis exponitur ὄντως. Sed

γελᾷ μου. Ubi Buttman. "γελᾷν τινος pro καταγελᾷν: alibi invenitur γελᾷν τινι (personæ) pro ἐγγελᾶν (v. Brunck. ad Aristoph. Eq. 696.) utrumque poetice."

[1] Idem vel ab hoc conjicias quod χρόνος unica est vox quæ cum δαρός conjuncta legitur; ubi igitur per se positum δαρὸν occurrit, sicut Hec. 181. Prom. V. 651. 942. non minus pro adjectivo accipiendum est, subaudito χρονὸν.

[2] Consulendus et Spitzn Pros. §§ 26. 43.

plerumque significat ἴσως, ὡς ἔοικε, οἶμαι, ut monui ad Med. 1308 = 1275.

938. ὅτ' ἂν παράλογον σώφρονας Βάκχας ἴδῃς. Aldus παρὰ λόγον. Vulgata hujus versus scriptura, licet minus numerosa, non tamen prorsus vitiosa censenda est. Dixit enim Noster Iph. A. 1164. τίκτω δ' ἐπὶ τρισὶ παρθένοισι παῖδά σοι. Idem Ion. 931. τί φῄς; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς; Plura hujus licentiæ exempla extra primum pedem apud Tragicos non reperi. Non nisi accentu differunt παρὰ λόγον et παράλογον, quod reponendum monet Pors. Advers. p. 267. conferens Euripidem Or. 391. ὦ παράλογόν μοι σὴ φανεῖσ' ἀμορφία. Παράλογον pro παραλόγως, ut καιρὸν pro καιρίως, accusativus pro adverbio. Quum tantulâ mutatione opus sit, quis Porsoni conjecturam admittere dubitet? Ceterum παράλογος substantivum esse monent Atticistæ. Thucyd. II. 85. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς,—πολὺς ὁ παράλογος εἶναι[3].

960. μόνος γὰρ αὐτῶν εἰμ' ἀνὴρ, τολμῶν τόδε. Hujusmodi senarii apud Æschylum et Sophoclem non valde frequentes, apud Euripidem vero rarissimi sunt. Multa super hac quæstione dixi ad Euripidis Suppl. 303. Diarii Classici T. VIII. p 428. seqq. Vide etiam ad Med. 219. = 214. Dixit Eurip. Suppl. 303. σφάλλει γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ, τἆλλ' εὖ φρονῶν. Ibid. 699. καὶ συμπατάξαντες μέσον πάντα στρατόν. Cetera omnia exempla quæ in Diar. Class. collegi, aut diversi generis sunt, aut manifesto corrupta. Corruptam scripturam exhibet Aldus

---

[3] Cf. et Thucyd. 7. 28. 8. 24. Vide etiam Poppon. de Elocut. Thucyd. cap. XIX. qui voces ap. Thuc. similiter compositas notavit, quales sunt μετάμελος, κάθεξις, διάφευξις, κατάφευξις.

E nostro loco παράλογον pro παραλόγον quod in MSS. = παρὰ λόγον, et non est varia lectio, ad Thuc. VI. 33. correxit Dobr. Advers. Vol. I. p. 88.

Phœn. 476 ἐγὼ δὲ δωμάτων πατρὸς προὐσκεψάμην. Scripti libri plerique πατρὸς δωμάτων, quod admisit Grotius. Corruptum est etiam, quod legitur El. 545.

ἀλλ' ἤ τις αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας ξένος
ἐκείρατ', ἢ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός.

Sensus enim hanc scripturam postulat

σκοποὺς λαθὼν ἐκείρατ', ἢ τῆσδε χθονός.

Non enim ad Agamemnonis sepulchrum, sed ad Argivorum fines vigilabant custodes, neque civium caussâ, sed hostium constituti erant. Hæc verborum transpositorum exempla attuli, quo minus audax viderer, quod μόνος γὰρ αὐτῶν εἰμ' ἀνὴρ, pro μόνος γὰρ εἰμ' αὐτῶν ἀνὴρ reposuissem. Scripsissem etiam ἀστῶν, nisi αὐτῶν recte se habere tandem vidissem[1].

975. οὖρος pro ὄρος apud Euripidem sæpius non legitur[2].

---

[1] λαβὼν tantum pro λαθὼν in h. l. edidit Seidler. utpote exquisitius, de metro autem ne verbum quidem. Dobræus vero, Adversar. Vol. II. p. 123., "Malim, fere cum Piersono, ἢ τῆσδ' ἐκ χθονὸς, σκότος λαβών." Quæ, credo, nemini non arridebit lectio.

[2] οὔρεα, pro ὄρεα quod alii, tacite dedit Kuster. ad Aristoph. Av. v. 243. Similiter οὔρους ab οὖρος pro ὄρος legitur Theocr. xxv. 27. Illius vocis composita habes οὐρεσιβώτας Philoct. 1148. οὐριοδρόμων, ita enim Noster scribit, Bacch. 983. οὐρειθρέπταν. Hec. 204. ubi tamen consulendus Hermann. Contra Iph. A. 1592. ὀριδρόμον. Aristoph. Av. 278. ὀριβάτης ita vult Dindorf. quem vide. Ap. Soph. Trach. 790. ὄρειοι. Philoct. 937. ὀρείων legitur, utrumque metro postulante. Consulendus denique Lobeck. ad Aj. v. 175. De compositis alterius vocis dixerunt Noster ad Œd. R. 188. ἄπουρον. Wunder. ad Philoct. 681. πρόσουρος. Blomf. ad Agam. 478. ξύνουρος. quibus in omnibus, sicut in τηλουρὸς quæ sæpius usurpata est, Ionica forma retinetur, exceptâ tantum, ut monet Blomf., ὅμορος. Denique, si tanti est, meminerit lector, ex his vocibus ne unum quidem in Euripide

992. διαμπάξ. Sæpius apud Euripidem non legitur. Sed Æsch. Prom. 65. στέρνων διαμπάξ [3].

1016. πυριφλέγων Ὁρᾶσθαι λέων. Noster Ion. 203. τὰν πυριπνέουσαν ἐναίρει τρισώματον ἀλκάν. Mutuo se defendere videntur πυριφλέγων et πυριπνέουσαν. Cujusmodi composita apud Atticos rarissima sunt. Apud Homerum rectius fortasse leguntur δακρυχέων, καρηκομόωντες et similia, quam separatim δάκρυ χέων et κάρη κομόωντες. Male autem Heslerus infinitivum finxit πυριπνεῖν [4].

1033. εὐάζω. Soph. Antig. 1133. ἀβρότων ἐπέων εὐαζόντων. Sæpius apud Tragicos non legitur εὐάζω, quod si εὐοῖ *clamare* significat, communem horum verborum analogiam non sequitur. Nam αἰάζω, ἀλαλάζω, ἰύζω, οἰμώζω, ὀλολύζω, ὀτοτύζω, φεύζω, et similia mutant ζ in ξ, ut ἀλαλάζω, ἀλαλάξομαι: εὐάζω vero in σ, ut ostendunt verbalia εὔασμα et εὐαστήρ. Si significat βακχεύω sive

---

Euripide exstare, nisi τηλουρὸς quæ certe legitur ad Orest 1318. sed ad Electr. 251. τηλορὸς metro cogente. ἐν τοῖσδ' ἐκείνου τηλορὸς ναίω δόμοις. Nisi hic potius cum Seidlero legendum τῆλ' ὅρος. vide Bothium in l. Quod ad ὅμορος attinet nusquam apud Scenicos, quod sciam, usurpatam est, quamvis apud Thucyd. aliosque, sicut et cognatum ejus μεθόριος, sæpius occurrunt.

[3] Bis præterea occurrit ap. Æsch. Suppl. vv. 543. 923. Prometh. loco geminus est Philoct. 791. εἴθε σου διαμπερὲς Στέρνων ἔχοιτ' ἄλγησις ἥδε. ubi videndus Hermann.

[4] Usitatior forma πύρπνοος occurrit Med. 478. Electr. Eur. 473. Voces eodem, quo πυριφλέγων, modo compositæ, si passivam habent significationem, satis frequentantur, quales sunt πυριγενῆ Hippol. 1218. πυριγενετᾶν Sept. c. Theb. 195. πυριδάπτῳ Eumen. 993. πυρίφατον Suppl. 627. Media quædam vox est, si ita dicam, πυριστάκτῳ Eur. Cycl. 298. Unicum est ap. Æschyl. activo sensu compositum sc. πυρδαῆ Choeph. 596.

βακχιάζω, analogiæ non repugnat. Hunc sensum haud dubie habet ἐνιάζει apud Eurip. Cycl. 492[1].

1037. συγγνωστὰ μέν σοι. πλὴν ἐπ' ἐξειργασμένοις[2] Κακοῖσι χαίρειν, ὦ γυναῖκες, οὐ καλόν. Noster Med. 703. συγγνωστὰ μὲν γὰρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.

1049. ἄγκος. De hâc voce consulendi interpretes Homeri. Apud Atticos poetas sæpius non legitur, nisi mendose pro ἄγγος.

1066. ὡς. *Sic* Barnes. Brunck. Schæf. et Matth. quod in interpretatione Latinâ habent etiam Portus et Musgravius. Ego vero ὡς pro ὅτε accipere malo, ut

---

[1] Obiter moneam voces hunc in modum formatas Æschylo præ aliis placuisse. In unâ quippe fabulâ, Agamemnone, habemus v. 1041. ἀνωτότυξας ubi Poeta ipse etymologiam indicat, nempe ὀτοτοῖ *exclamare*. Ib. 1279. ἔφευξας i. e. φεῦ *exclamare*, sic et Eumen. 121. ὤζεις. Fragm. Niob. ἔπωζε quod recte interpretatur Scholef. Ad Agam. v. 1287. occurrit δυσοίζω *metuo*, cujus tamen verbi radix est οἴζω sive οἴ λέγειν, unde in proprio sensu οἶκτος *lamentum* quater usurpatur ap. Æschylum, Choeph. sc. 405. Suppl. 57. 62. et plenius Eumen. 490. οἶκτον οἰκτίσαιτο. Semel tantum exstat οἰμώζειν Agam. 1581. semel οἰμωγή Pers. 418. οἴμωγμα bis in S. c. Thebas, ter in Agamemnone, nec alibi ap. Æsch. ἰύζω denique bis in Pers. ter in Suppl. occurrit. Eâdem voce utitur Soph. Trach. 784. qui et ad Antigon. 154. ἐλελίζων. οἴκτου quoque *querelæ* est Trach. 861. Apud Euripidem exempla mihi obvia sunt hæc: Med. 1344. αἰάζω Phœn. 1529. ἐλελίζω Ibid. 1600. et ad Iph. T. 904. οἴκτων *querelarum*. Electr. 860. ἀλαλάζω Helen. 371. ἀνωτότυξεν. His Tragicorum addas ἰύζω ap. Pind. Pyth. IV. 421. ἴυξεν δ' ἀφωνήτῳ ἄχει. Eodem modo formatæ sunt Comicorum voces γρύζω et γρυλίζω sive γρῦ *edere*.

[2] Hunc usum ἐπὶ illustravit Dobr. Adversar. Vol. I. p. 467. ubi nostro loco comparat Ajac. 437. (=375.) τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις; Comparari potest et Pers. 527. Agamemn. 1350.

sensus sit: ἐκυκλοῦτο δὲ κλὼν ὄρειος ὥστε τόξον ἢ τροχὸς, ὅτε ὁ ξένος αὐτὸν ἐν χεροῖν ἔχων, ἔκαμπτεν εἰς γῆν[3].

1082. εὔλειμος sæpius non legitur. "Pro suâ sapientia legisse videtur (Valckenarius) ὕλιμος pro εὔλειμος." Porson. Advers. p. 267[4].

1094. χερμάδας. Æsch. S. c. Theb. 308. χερμάδ' ὀκρυόεσσαν. Ubi consulendus Blomfieldius. Homerus non nisi diminutivum χερμάδιον usurpat[5].

1098. ἤνυτον. Spiritum mutavi auctore Porsono ad Phœn. 463. Plura ad Soph. Electr. 1451. ἔνδον. φίλης γὰρ προξένου καθήνυσαν[6].

---

[3] Vide autem Stallb. Plat. Protag. C. xv. p. 74. ubi hæc: "ὥς pro οὕτως dictum apud Poetas frequens, v. Eurip. Hec: v. 882. Troad. v. 147. v. 721. Electr. v. 151. sqq. Iph. T. v. 603. Bacch. v. 1062. al. Ex prosæ orationis scriptoribus unum locum expiscatus est Heindorf. De Republ. VII. p. 530 D."

"Ut ὃς sæpe significantius in principio orationis ponitur, et apud Latinos *qui*, sic etiam ὡς, *quomodo*." Herm. ad Soph. Electr. 65. qui et ibid. v. 1217. ὡς, *sicut* interpretatur, plura daturus ad Aj. 904. Eodem pertinent Dobræi verba Advers. Vol. II. p. 215. ὡς i. e. οἷα δή.

[4] Semel et apud Homerum εὐλείμων Odyss. δ. 607. Ejusdem familiæ et ejusdem prope significationis sunt, βαθύλειμος quod ap. Homer. bis repetitum occurrit, sc. Ἄνθειαν βαθύλειμον Il. I. vv. 151. 293. βαθυλείμων semel ap. Pind. obvium Pyth. x. 23. = 15. edit. Dissenii, quem vide in loco. Semel denique ibid. Pyth. IX. 95. εὐρυλείμων Λιβύα dicitur. Vide etiam Blomf. Prom. 673. Monk. Hippol. 1134. Est et ad Sep. c. Theb. 288. βαθύχθονα αἶαν. quod idem fere sonat.

[5] Uno tantum in loco χερμὰς Pindarus usurpavit: χερμάδι τηλεβόλῳ. Pyth. 3. 86.

[6] "Spiritum asperum, quem Atticis tribuunt grammatici, vereor ne tragici ut vulgaris sermonis proprium repudiaverint." Herm. ad Hec. 1136. (edit. 1831.) Ad Electræ locum Idem igitur dedit κατήνυσαν, ubi Ipsius verba consuli debent. "Male probat (Porsonus) ἀνύτειν, quod apud Tragicos non reperitur,

1132. γυμνοῦντο δὲ (Elmsl. γυμνοῦσι δέ.) [Aliorum conjecturis de augmenti omissione fusius allatis, hæc deinde Noster] His prætermissis, quæ magis ad nostram rem sunt, in tria genera commode distribui possunt. Primum genus eorum est, quæ augmentum sine versus detrimento addi sibi patiuntur. Cujusmodi apud Æschylum sunt τροποῦντο Pers. 376. κυκλοῦντο ibid. 458. θέτο Choeph. 736. κάνες (quod corruptum censet Hermann.) ibid. 930. Apud Soph. γοᾶτο Œd. T. 1249. φορεῖθ' El. 715. Apud. Eurip. κυκλοῦτο Bacch. 1064. Secundum exemplorum genus ea complectitur, quæ non augmentum quidem sed elisionis notam propter longam vocalem aut diphthongum in fine superioris versus positam admittunt. Quæ fere omnia apud Sophoclem exstant. Talia sunt ῥίγησαν Œd. Col. 1607. βρυχᾶτο Trach. 906. φρούρουν ibid. 917. φορεῖθ' El. 715. φείδοντο ibid. 716. Semel tantum Euripides Hec. 1152. κόραι— 'θάκουν. Ita Porsonus et ipse Hermannus.

Tertii generis sunt, quæ neque in primo neque in secundo locum habere possunt. Cujusmodi tria apud Æschylum, quatuor apud Sophoclem septem, apud Euripidem reperta hic subjiciam.

I. Æsch. Pers. 313. Φαρνοῦχος, οἵδε ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον. Pors. ἔπεσον ἐκ μιᾶς.

II. Ib. 416. παίοντ', ἔθραυον. Pors. παισθέντ' ἔθραυον.

III. Ib. 506. πίπτον δ' ἐπ' ἀλλήλοισιν. Porsoni conjecturam ἔπιτνον imperitissimam appellat Hermann. Diar. Class. T. XIX. p. 287.

---

reperitur, maleque ab Elmsleio aliisque tragicis infertur." Schneid. Dial. Trag. ubi contulit Poppon. de elocut. Thucyd. p. 214. Hic vero monet "ἀνύτειν in Thucyd. (II. 75, 76.) ut in Xenophontis libris scribi per spiritum lenem contra Grammaticorum veterum præcepta."

IV. Soph. Œd. Col. 1605. ὧν ἐφίετο, κτύπησε. Repone ὧν ἐφίεται.

V. Ib. 1623. φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς Θώϋξεν αὐτόν. Pors. ad Phœn. 5. θεῶν ἐθώϋξ'. Neque aliter Hermannus ad Aristotelem de Poet. p. 223.

VI. Antig. 404. ταύτην γ' ἴδον θάπτουσαν. Brunckius ἰδών.

VII. Trach. 769. ἱδρὼς ἀνῄει χρωτὶ, καὶ προσπτύσσετο. Pors. ad Med. 1138. προσπτύσσεται.

VIII. Eurip. Hec. 580. λέγον. Heathii conjecturam λέγω præter alios amplexus est Hermannus.

IX. Orest. 505. αὐτὸς κακίων γένετο μητέρα κτανών. Aldus ἐγένετο. Pors. αὐτὸς κακίων μητέρ' ἐγένετο κτανών.

X. Alc. 842. Ἠλεκτρυῶνος γεῖνατ'. Blomfieldius apud Monkius Ἠλεκτρυόνος ἐγείνατ'. Utramque nominis proprii formam exstare monet Schæf. ad Apoll. Rhod. T. II. p. 55. Simili modo in Bacchis legitur Ἀκταίονος v. 230. Ἀκταίωνος v. 337.

XI. Iph. T. 54. ὕδραινον. Musgravius et Pors. ὑδραίνειν.

XII. XIII. XIV. Bacch. 766. 1082. 1132.

Plura mihi non occurrunt. Haud pauca eorum, quæ attuli, ita emendarunt viri docti, ut ipsis omissi augmenti defensoribus satis fecerint. Quæ difficiliora sunt, mea quidem sententiâ librariis tribuenda sunt. Nullæ enim in Atticâ poesi essent grammaticæ regulæ, si nihil pro corrupto habendum esset, nisi quod facile emendari posset[1].

---

[1] Quid de re tantum sollicitatâ in alterutram partem excogitarint Critici, breviter monendus est lector. Pro omissione augmenti stant Musgravius ad Hippol. et Brunck. in h. l. Id fieri credit Reisig. ad Aristoph. p. 79. "ubi res magna quædam et gravis aut admirabilis narraretur." Hermanno (Elem.

1193. ἐπαινέσεται. Pal. ἐπαινεύσεται. Heathius ἐπαινήσεται. Quâ formâ non utuntur Attici. Futurum ἐπαινέσομαι frequens est apud prosæ orationis scriptores. Tragici vero activam formam plerumque usurpant. Ita Noster Andr. 466. Cycl. 546. Heracl. 301. Soph. Elect. 1044. 1057.

1264. ἐξυπεῖπας. Compositum ἐξυπειπεῖν sæpius non legitur, si lexicis fides habenda est.

1266. καὶ διιπετέστερος. Vide an scribendum διειπετέστερος ut Διειτρέφης, de cujus nominis scripturâ dixi ad Med. p. 131[1].

1284. ᾠμωγμένον γε πρόσθεν ἢ σὲ γνωρίσαι. Rectius Aldus ἢ σὲ γνωρίσαι, quam Brunckius et Matthiæ ἤ σε

(Elem. Doctr. Metr. p. 52.) "verissimus" est auctor Seidlerus ut "in nuntiorum narrationibus, et quæ epici carminis quandam similitudinem habent" augmentum omitti posse credat. "Omissionem augmenti Hermannus recte tuetur," "egregie vindicat," verba sunt Wellaueri ad Pers. vv. 368. 408. et ad S. c. Theb. 441. "augmenti omissionem in ῥήματι ἀγγελικῷ admitti posse censeo." Idem tamen saniorem, sed fusius quam quæ rescribatur, sententiam protulit ad Pers. 302. ubi nimium in hac re Hermannum esse arguit. Totus in contraria, ut videmus, Elmsleius currit; quem secuti sunt: (1.) Blomfieldius, eo quod singula quæque exempla, eâ, quâ potuit medelâ, tentavit. (2.) Monkius, qui ad Alcest. 855. omitti posse augmentum plane negat. (3.) Censor hujus et Hermanni editt. (Mus. Crit. II. 643.) argumentis utriusque plene tractatis certus statuit "Tragicos in Senariis augmenti elisionem sibi non permisisse." Medius inter utrosque venit arbiter Scholefieldius, qui hæc ad Pers. 315. "quamvis ludicrâ fere subtilitate nonnulli disseruerunt, nec tamen adeo certa videntur omnia quæ alii ex alterâ parte protulerunt, ut lectiones tum MStorum, tum editionum prorsus nihil habere audeam." Vide eundem ad Hec. 578.

[1] "Forsan κἄτι διπετέστερος." Dobr. in h. l. Advers. Vol. II. p. 98. Δῖπετέος agnoscit Spitzn. Gr. Pros. § 11.

γνωρίσαι. Duæ enim syllabæ ἤ σε quarum posterior enclitica est, unam vocem dissyllabam valent, neque in hac versus sede stare possunt, nisi eâ conditione, ut pes quintus sit iambus. Sed apud Euripidem syllaba brevis ante γν tantum non semper positione producitur. Vide Pors. ad Hec. 302[2].

1293. τίνι τρόπῳ. Non nisi in recentioribus fabulis dixisse videtur Euripides. Sic enim Phœn. 417. Suppl. 149. Hel. 1282. Ion. 347. Sic etiam τίνι δίκῃ Andr. 556. τίνι λόγῳ Iph. T. 1358. τίνι πότμῳ. Hel. 262. Sed Hippol. 909. τῷ τρόπῳ. Ib. 1008. Ib. 1171. In Medea, Alcestide, et Heraclidis, quæ tres tragœdiæ ex antiquiorum numero sunt, neque τίνι τρόπῳ neque τῷ τρόπῳ reperi. Nullam certam regulam de hac re habuisse videntur Æschylus et Sophocles. Apud illum legitur τίνι τρόπῳ Pers. 717. 795. apud hunc Œd. T. 10[3].

1293. κατήραμεν. ἀπαίρω ἔκ τινος τόπου, καταίρω εἴς τινα τόπον· ναυτικαὶ λέξεις. BARNES. Alterum sæpius apud Euripidem legitur, alterum semel tantum[4].

---

[2] "Ex tribus quatuorve locis, in quibus vocalis ante γν corripitur, nullus est, qui dubio careat." Lobeck. ad Ajac. v. 801. Porsoni regulam in dubium vocant Erfurdt. ad Aj. 1066. Et Seidl. ad Eur. Electr. 1009. Hic advocat Soph. Trach. 615. σφραγῖδι θέμενος τῆδ' ἐπ' ὄμμα γνώσεται.

[3] Occurrunt etiam apud Æsch. ὅτῳ τρόπῳ Prom. 87. ᾧ τρόπῳ Ibid. 917. παντὶ τρόπῳ S. c. Theb. 283. ποίῳ τρόπῳ Prom. 765. ut Wellauer. Lex. Æsch. indicat. Rarior est locutio apud Plat. Menon. p. 62. ἑνί γέ τῳ τρόπῳ, *quocunque tandem modo*; ubi Buttm. advocat Heindorf. ad Phœdr. 42.

[4] Neutra vox vel Homero vel Pindaro nota; nec usquam in integris Æschyli fabulis occurrunt, memorat autem Wellauer. in Lex. Æsch. "ἀπαίρειν *abire*. Fragm. in Bekk. Anecd. p. 6. 17." Apud Thuc. I. 37. in proprio sensu legitur ἀνάγκῃ καταίροντας, apud eundem quoque et in eodem capite (26. lib. IV.)

1306. ἔρνος κατθανόντα ut τέκνον φίλε apud Homerum. Æsch. Choeph. 839. φίλτατ' Αἰγίσθου βία. Eurip. Tro. 735. ὦ φίλτατ', ὦ περισσὰ τιμηθεὶς τέκνον. Plura Matth. Gr. Gr. § 434. 1. p. 626.

1311. δίκην λαβεῖν pro δίκην δοῦναι. Novum loquendi genus esse videtur. In prosa oratione hæc plerumque contraria sunt, ut πληγὰς δοῦναι et πληγὰς λαβεῖν. Demosth. Midiana pp. 605. B. 603. C. 606. D. Noster non solum δίκην ἐλάμβανεν pro δίκην ἐδίδου dixit, verum etiam paullo post v. 1326. δίκην ἔχει pro δίκην δέδωκε[1].

1340. ὅτ' οὐκ ἠθέλετε. Portus *Quod noluistis.* Nesciebat scilicet ι in ὅτι non elidi. Alterum simile inscitiæ exemplum vide ad v. 1341[2].

1341. εὐδαιμονοῖτ' ἄν. Sensus neque *fuissetis felices* est, neque *felices esse potestis,* sed *essetis felices.* Eadem constructione utitur noster Suppl. 764. φαίης ἄν, εἰ παρῆσθ', ὅτ' ἠγάπα νεκρούς. Portus: *Dixisses, si affuisses, quod* Theseus *amasset mortuos.* Imo: *Diceres* Theseum virum optimum esse, *si adfuisses curanti cadavera.* Etsi non multum refert, plus significare videtur φαίης ἄν, *Nunc* (vel potius *semper*) *diceres,* quam ἔφης ἄν, *tunc dixisses.*

---

iv.) ἀπαίροντες et κατάρσεις de navibus usurpantur. καταίρειν etiam de terrestri itinere dici monet Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 83. Idem de ἀπαίρειν verum esse constat vel a Schæferi Indicibus ad Demosth. p. 55.

[1] Cf. Nostrum ad Heracl. 852. Vide et Demosth. contra Conon. ubi καὶ εἰληφέναι καὶ δεδωκέναι πληγὰς conjunctim habes.

[2] "Id ipsum ὅτι non potest apostropho decurtari." Lobeck. Aj. v. 801. Nescio an arctius hanc legem ponere voluerit Pors. ad Hec. 109. ubi dicit "vocalem in ὅτι nunquam *a Comicis* elidi." Ut ut hoc sit, de Atticis poetis tantum intelligendum est; Bis etenim in eodem Theocr. Idyl. xi. ι eliditur, ut monet Wuestemann. sc. v. 54. ὤμοι, ὅτ' οὐκ ἔτεκεν. κ.τ.λ. et v. 79. δηλονότ' ἐν τᾷ γᾷ. κ.τ.λ.

1362. ὄρνις ὅπως. Nemo ignorat ὄρνις secundam apud tragicos communem habere[3]. Non opus igitur ut metri caussa reponatur ὄρνιθα. Si vero sententiæ convenientior videtur accusativus, nescio an potius scribendum ὄρνιν.

1365. πατρία. Hermannus Diar. Class. T. XXI. p. 356. "Quid impedit," inquit, "quin, si γεραιὸς, δείλαιος atque alia, media correpta dicuntur, idem etiam in vocabulo πατρῷος fieri potuerit?" Respondeo πατρῷος et πάτριος in tragico sermone non magis differre quam λαὸς et λεώς. Si apud Eur. Hec. 532. vulgo legeretur, Σιγᾶτ' Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λαὸς, quis reponere dubi-

[3] Diversam quantitatem vocis ὄρνις e diversâ declinatione (ιθος sc. et ιος) pendere rectè monet Spitzner. Pros. § 36.; minus recte vero, et ab exemplis vix satis firmatis, Porsoni regulam ad Hec. 208. positam impugnat, secundam scilicet in ὄρνις semper apud Aristophanem esse productam. Ad Avium v. 169. ita Dindorfius. "τίς ὄρνις οὗτος; Recepi hoc (pro τίς οὗτος ὄρνις;) quod erunt qui mirabuntur, quum ὄρνις Aristophanes nusquam dixerit nisi alterâ productâ. Sed alia est hujus loci ratio. Videtur enim poeta in mente habuisse Tyrus Sophocleæ initium, τίς ὄρνις οὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων; cujus versus alterâ parte utitur infra v. 277." Contra Dobr. in l. (Adver. Vol. II. p. 215.) "Vitiosum videtur ὄρνις 168. et e proximis petitum. Forsan, τίς ἐστιν οὗτος—facillime enim excidere potuit ·/^ i. e. ἐστιν per compendium scriptum, ut mox excidit 277.——Possis etiam, τίς οὗτος; εὐθὺς ὁ T." Cum eandem constanter retinent formam, alia petenda est causa, cur κόνις et ὄφιν ultimam producant. Id ita esse Blomfield. ad Prom. v. 1120 (=1105.), Bentleio duce ad Phalar. p. 135. satis probat; collatis Æsch. Suppl. v. 179. κόνῑν, Ib. 780. κόνῑς, et Choeph. 926. ὄφῑν ἐθρέψαμεν. De quo loco Pors. Adversar. p. 160. "Transpone ἐθ. ὄφ." sed hoc postea repudiasse monet Blomf. a Dobræo doctus ad Pors. Opusc. p. 211. Consulendus denique de hac re Maltb. Prosod. p. lvii.

taret λεὼς, licet α longum ante vocalem interdum corripiatur? Sed πάτριος a πατρῷος diversum facit Herm. "Differunt," inquit, "hæc ita; πάτρια sunt, quæ sunt patris, πατρῷα, quæ veniunt a patre, πατρικὰ, qualia sunt patris. Ita spurio filio πάτριος οἶκος est, genuino πατρῷος, si proprie verba usurpamus." Hujus discriminis ne minimum quidem vestigium apud tragicos reperiri posse credo. Neque apud eos legitur πατρικός. Quid differant hæc in prosâ oratione rectè explicant grammatici[1].

---

[1] Ad Hec. 80. Ita Pors. "πατρίου edidi, licet omnia exemplaria πατρῴου habeant. Cum enim Attici πάτριος et πατρῷος promiscue usurpent, cur ad licentiam poeticam, nulla necessitate cogente, provocemus?" Contra Hermannus ibid. (edit. 1831.) de secundâ brevi dicit, "neque in iambis inveniri, quippe propius ad communem sermonem accedentibus, neque aliis in metris tum adhiberi, quum ultima syllaba non est in ictu." De differentia vocabulorum nihilo mutat sententiam; monet vero πατρικὸς apud Eur. Ion. 1304. occurrere. Versus est hic, ἡμῖν δέ γ' ἀλλὰ πατρικῆς οὐκ ἦν μέρος. Addo semel quoque apud Aristophanem exstare: Av. 142. ὧν ἐμοὶ πατρικὸς φίλος. Hermanni sententiam de quantitate πατρῷος sequitur Wellauer. ad Choeph. 852. Wuestemann. Theocr. Id. XXIX. 20. In alteram partem Censor hujus Fabulæ apud Mus. Crit. mediam in πατρῷος corripi non posse arguit, eo quod diphthongus non e duobus brevibus, sed ab ω longa et ι brevi sit composita. Has voces tetigit Dobr. Adversar. Vol. I. pp. 313. 317. Primam quod attinet in πάτριος et similibus, Monkius ad Alcest. 904. statuit Tragicos, etsi eam producere possent, in Anapæsticis tamen longe libentius corripere. Denique, rem ut absolvam, Well. ad Choeph. 437. sententiam Hermanni protulit, (Elem. Metr. p. 537.) "formæ solutæ πατρώϊος nullum in tragicis exemplum inveniri." Addere potuit neque contractæ formæ usquam apud Homerum inveniri exemplum; quæ enim sola loca (Odyss. ν. vv. 188. 251.) alteram vulgo scripturam exhibent, melioris notæ editiones utrobique per quadrisyllabum dabunt. Apud Pindarum, ut videtur, alterutra legitur forma, pro metri ratione.

INDICES.

INDEX IN HERACLEIDAS.

MONENDUS EST LECTOR VERSUUM ORDINEM NUMEROS INDICARE, NEC NISI AD IPSIUS ELMSLEII NOTAS REFERENDOS ESSE.

INDEX IN MEDEAM.

INDEX IN BACCHAS.